v. 13. Ὅθεν i. e. ἐκ τε̃ τῆς Ὀλυμπίας ἀγῶνος. — Ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσσι. σοφοὶ h. l. ut ſaepe apud Pindarum ſunt *poetae*, quippe antiquiſſimi ſapientiae magiſtri. Difficilior eſt vox ἀμφιβάλλεται. Schol. explicat πλέκεται, ut hymnus, quaſi corona, nectatur poetarum cura et conſilio. At ἀμφιβάλλεται per ſe nunquam eſt *nectitur*, ſed tantum: *circumdatur*. Deeſt caſus dativus, ut ſcias, *cui* hymnus quaſi corona circumdetur. — Forſan igitur ipſum illud μητίεσσι pro dativo illo, qui ab ἀμφιβάλλεται pendeat, habendum, ut ſit: conſilia i. e. ipſa mens poetarum *cingitur hymno* (ceu alis); evolat hymno. Senſus lyrico ſane non indignus, at explicatio ipſa durior paullo, ſed non durior quam vul-

vulgaris, ubi etiam poſt *ἀμφιβάλλεται* ſubaudiendum *ὡς στέφανος*, quemadmodum hic *ὡς πτερά*.

v. 19. *ἐν πολυμάλῳ Σικελίᾳ.* Fertilitas Siciliae omnibus decantata. Strabo l. VI. inter alias Siciliae laudes ſcribit: *καλοῦσιν αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης. Κομίζεται γὰρ τὰ γιγνόμενα πάντα — δεῦρο. Ταῦτα δ' ἐστὶν οὐχ οἱ καρποὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοσκήματα, καὶ δέρματα, καὶ ἔρια.*

v. 21. *κορυφὰς* i. e. *ἄκρα.* — *ἀρετὴ* Pindaro dicitur quaevis, corporis etiam, praeſtantia.

v. 22. *Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ Μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ.* Intelligunt nonnulli, ipſum Hieronem Muſices peritum laudari. Rectius ita: *ornatur muſices flore* i. e. celebrari ſolet cantibus.

v. 24. *οἷα παίζομεν ἀμφὶ Τράπεζαν.* Solebant in conviviis lyram circumferre et hoſpitibus offerre, et qui ruditatis notam vitare volebat, ei tum fidibus canendum erat. — Cogitandus h. l. eſt poetarum in convivio conſeſſus. Plures enim praeter Pindarum in aula habere ſolebat Hiero, e. g. Simonidem, Bacchylidem, Aeſchylum.

v. 28. *Πίσας χάρις.* — *χάρις* ap. noſtrum ſaepiſſime eſt *gloria.* Piſa h. l. pro Olympia; Stephanus Byz. *Ὀλυμπία ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη.* Ex Piſae enim ruinis Olympia creviſſe videtur, quae illius in locum ſucceſſit. Piſa enim olim ab Eleis everſa erat. Pauſan. l. I. El. c. 10 et II. c. 22.

v. 43 — 47. Equidem ita jungo: *Ἦ θαύματα πολλά! Καὶ μῦθοι, δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις, ἐξαπατῶντι* (pro *ἐξαπατῶσι*) *βροτῶν φρένας, πού τι καὶ ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον.* Poeta, in memoriam revocans antiquitatis miracula exclamat: — *Multa ſane miracula* (olim facta ſunt). *Sed fabulae — de-*

capiunt hominum mentes easque commovent *magis in dolum quam ipſa veritas.* — Hoc deinde Pelopis hiſtoria comprobat. Mirabilis et prodigioſa ea fuit etiam ex Pindari mente et narratione, ſed veritatis locum fabulas, quas dein rejicit, occupaſſe ſignificat.

v. 52. τὸ πολλάκις. — Pro τὸ legam τί.

Longior iſta, quae jam ſequitur, digreſſio in Pelopis hiſtoriam haud abſona videbitur ei, qui meminerit, Pelopem inter primos auctores ludorum Olympicorum, immo inter primos etiam victores fuiſſe, devicto ſcil. Oenomao, Elidis rege.

v. 55. μείων γὰρ αἰτία. Senſus eſt: Si quis bona et honeſta de diis locutus eſt; *minor* erroris *culpa eſt*, ſi forte in iis, quae dixit, erraverit.

v. 69. δευτέρῳ χρόνῳ poſſet etiam explicari *poſtea*, ſi Pindarum credimus, Ganymedem, non ut vulgo credebatur, pro Trois filio, ſed pro ejusdem nepote, et aut Aſſaraci aut Ili filio habuiſſe. Variant enim Mythologi in Ganymedis genealogia. Apud Hyginum Fab. 224 dicitur Aſſaraci filius. Secundum alios Ili filius erat: Tzetz. ad Lycophr. v. 34. Immo ſecundum Ciceronem (Tuſc. I, 26) pro filio Laomedontis habitus eſſe videtur.

v. 77. ὅτι τε. Lege τὲ (pro σε). Ita recte Cod. Brunkii, ut ſcripſit mihi Cel. *Schneider*.

v. 90. 91. Impeditam orationem Cel. Heyne (ad Apollod. p. 143) feliciter emendat: ἄταν ὑπεροπλώτατον· Πάτης etc. Ejusdem Tantali poenae meminit noſter Iſth. 8, 20. Ceterum Euripides quoque in poena Tantali cum noſtro congruit. Dicit enim in Oreſte v. 6. Τάνταλος Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πετρὸν Ἀέρι ποτᾶται etc. et ib. v. 980—84.

Et

Et Archilochus in fragmento 43 (in Brunkii Anal. I. p. 47). — Orta forſan eſt fabula ex ſitu regionis. Erat in Sipylo ſtagnum, quod vocabatur Tantali ſtagnum (λίμνη Ταντάλου Pauſ. 8, 17). Huic imminebat mons Sipylus. cf. Antonin. Lib. c. 36.

v. 97. Μετὰ τριῶν τέταρτον. Ill. *Heyne* explicat: *continuum laborem, quartum poſt tertium ſine ulla intermiſſione.* Nec tamen prorſus abſurda videtur antiqua explicatio, quae poetam ad tres punitionis ſocios reſpexiſſe ponit.

v. 140. ἐν πτεροῖσιν. Ἐν ſaepius apud noſtrum pro σὺν. Non metaphorice *de celeritate* cum Schol. intelligo, ſed proprie. Erant enim *alati* Pelopis equi, et ſic in arca Cypſeli erant expreſſi. Pauſan. V, 17 τοῖς ἵπποις τοῦ Πέλοπος ἔστι πεφυκότα καὶ πτερά. Philoſtratus, qui totum hunc Pindari locum bis expreſſit Icon. l. 1. c. 17 et c. 30, in poſteriori loco de equis Pelopis dicit: ἠπειρῶται δὲ οἱ ἵπποι. Sed legendum omnino ἐπτέρωνται, quam emendationem mecum communicavit amiciſſimus *Schneider*.

v. 145. Ἀρεταῖσι μεμαλότας, qui curae erant virtutibus i. e. *alumnos virtutis.*

v. 146. αἱμακουρίαις. Pauſanias (l. 5 c. 13) ſcribit: Olympiae intra Altin i. e. lucum Jovis Olympii aream fuiſſe, Pelopi multa religione conſecratam, quam Πελόπιον appellarint, et Eleos omnino prae ceteris heroibus Pelopem tam coluiſſe quam prae reliquis diis Jovem. — Vox αἱμακουρία, quam Schol. boeoticam eſſe dicit, incertae originis eſt. Alii derivant ab αἷμα et κόρος ſatietas, alii a κοῦρος adoleſcens, quia quotannis adoleſcentes ad ſepulcrum Pelopis uſque ad ſangui-

guinem flagris caedebantur. Sed praeſtat (cum Guieto ad Heſych.) derivare a κουρά, quod captivorum *ſanguinem* et *detonſos capillos* ſuos in rogum injicerent. Notandus locus Plutarchi in Ariſtide p. 332: παρακαλεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, τοὺς ὑπὲρ τῆς Ἕλλαδος ἀποθανόντας, ἐπὶ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν ʽΑΙΜΑΚΟΥΡΙΑΝ. Heſych. αἱμακουρίαι, τὰ ἐναγίσματα τῶν κατοιχομένων.

v. 147. μέμικται. Euſtathius ad Iliad. p. 383 ed. Rom. ad κονίησι μιγείης ſcribit: ἰστέον, ὅτι Πίνδαρος, ζηλώσας, νίκῃ μίγνυσθαι λέγει τὸ νικᾷν, καὶ ἔργῳ μίγνυσθαι τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ ἕτερα τοιαῦτα. Sic ſupra v. 34 κράτει προσέμιξε, et Iſthm. 3, 5 ἄξιος εὐλογίαις μεμίχθαι. Nem. 2, 34 ἔμιχθεν στεφάνοις.

v. 162—63. Ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι Κεῖνον χρή. H. l. regreditur poeta ad laudes Hieronis. Hic enim eſt κεῖνος. — ἱππικὸς νόμος aut eſt: *lex certaminis equeſtris* quatenus victor cantum meretur, aut *cantus* in equitem victorem.

v. 174. εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι ſcil. σὲ ὁ θεὸς i. e. ſi tibi favere pergit deus etc.

v. 175. γλυκυτέραν. Multo enim nobilior et illuſtrior erat victoria curulis quam equeſtris.

v. 177. ὁδὸν λόγων. Metaphora ducta eſt a curſore, cui ſe confert poeta, expeditam ſperans carminis viam, i. e. illuſtre carminis argumentum, cujusmodi erat victoria curulis.

v. 180. βέλος. Loquitur de *vi poetica*, quam cum telis comparare ſolet.

v. 184. Schol. jungit τοῦτον χρόνον. Melius forſan ita: σὲ [ὄντα] τοῦτον pro τοιοῦτον, et χρόνον abſolute

lute pro *diu.* Ita etiam vertit *Koppe:* „utinam et tu *talis* in ſublimi *diu* incedas."

v. 186. τοσσάδε jungunt vulgo cum νικαφόροις ut ſit pro τοσσοῖσδε. Sed jungendum potius cum ὁμιλεῖν, ut ſit: *aeque diu.*

Ad Olymp. II. p. 19–34.

v. 1. Initium hujus carminis imitatus eſt Horatius Od. l. 1, 12. *Quem virum aut heroa, lyra vel acri Tibia ſumes celebrare, Clio? Quem deum?* Comparationem utriusque loci inſtituit doctisſimus *Jani* ad Horat. l. l. et fuſius *Tollius* ad Longin. p. 349 ſqq. et 362 ſqq.

v. 25. Πόρον Ἀλφέου. Alpheus enim prae ceteris fluminibus Jovi curae cordique eſſe credebatur. Adſcribam Pauſaniae locum (V. 13): Θύεται δὲ τῷ Διΐ (in ara Olympica) καὶ ἄνευ τῆς πανηγύρεως ὑπὸ Ἠλείων. Κατ᾽ ἔτος δὲ ἕκαστον οἱ μάντεις κομίζουσιν ἐκ τοῦ Πρυτανείου τὴν τέφραν. Φυράσαντες δὲ τῷ ὕδατι τοῦ Ἀλφειοῦ, κονιῶσιν οὕτω τὸν βωμόν. ὑπὸ δὲ ἄλλου τὴν τέφραν ὕδατος ποιηθῆναι πηλὸν, οὐ μή ποτε ἐγγένηται. καὶ τούτου εἵνεκα ὁ Ἀλφειὸς νενόμισται τῷ Ὀλυμπίῳ Διῒ ποταμῶν μάλιστα εἶναι φίλος.

v. 29. 30. Τῶν δὲ πεπραγμένων etc. Scholiaſtes haec ad ipſius Theronis hiſtoriam refert. At Schmidius exiſtimat, rectius locum hunc de majoribus Theronis eorumque variis fatis intelligi. — Quidni utrumque jungatur? — Varias fortunae vices expertus erat Theron. Poeta igitur oſtendit, hoc non novum eſſe in illius gente, ſed calamitatibus et moeroribus ſucceſſiſſe gaudia; id quod non ſolum in Semele et Inone evenerat, ſed etiam in Oedipodis familia (v. 76).

v. 34. 35. *Λάθα* (pro *λήθη*) *δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι* etc. Reſpicere poeta videtur ad bellum et deinde amicitiam et affinitatem inter Theronem et Hieronem, quae fuſius narrat Schol. ad v. 29 — 34.

v. 35. 36. Egregia imago et vere lyrica de pugna inter gaudium et calamitatem, quae ab illo tandem devincatur.

v. 38. *ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλὸν*] Felicitas a diis ex coelo quaſi deſcendit. Hinc *ἀνεκὰς* h. l. pro *ἀνέκαθεν* (quod ſimul inexſpectatam fortunae vicem innuere videtur) et *ὑψηλὸν*.

v. 40. *εὐθρόνοις*] i. e. quae meliori antea fortuna uſae, quaſi *in ſolio felicitatis* collocatae erant. — Sed poſſit etiam epitheton hoc referri ad praeſentem filiarum Cadmi conditionem, vel ad earum divinitatem.

v. 46. *τανυέθειρα*. Ita vocatur Semele, quod paſſis ac longioribus quam ceterae deae capillis pingeretur.

v. 70. *μόριμος υἱός*. Ita *Oedipus* vocatur, vel, ut Schol. explicat, *κατὰ μοῖραν γένομενος* Lajo, vel qui *μόρον* i. e. *mortem* Lajo attulit.

v. 70 — 81. Quanquam notiſſima eſt Oedipodis et filiorum ejus hiſtoria, non ingratum tamen adoleſcentulis fore exiſtimo, ſi eorum in gratiam adſcripſero locum Pauſaniae, qui univerſum hunc poetae noſtri locum breviter illuſtrat. Scribit igitur l. IX, 5: *Λαΐῳ βασιλεύοντι καὶ γυναῖκα ἔχοντι Ἰοκάστην, μάντευμα ἦλθε ἐκ Δελφῶν, ἐκ τοῦ παιδὸς οἱ τὴν τελευτὴν, εἰ τέκοι τινὰ Ἰοκάστη, γενήσεσθαι.* Καὶ ὁ

μὲν

μὲν ἐπὶ τούτῳ τὸν Οἰδίποδα ἐκτίθησιν. Ὁ δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποκτενεῖν ἔμελλεν ὡς ηὐξήθη, καὶ τὴν μητέρα ἔγημε. παῖδας δ' ἐξ αὐτῆς ὀ δοκῶ οἱ γενέσθαι. Ἀλλ' ἐξ Εὐρυγανείας τῆς Ὑπέρφαντος ἐγεγόνεσαν. (Idem habet Apollodorus Bibl. 3, 5). Πολυνείκης δὲ περιόντος καὶ ἄρχοντος Οἰδίποδος ἐξῆλθεν ἐκ Θηβῶν δέει μὴ τελεσθείεν ἐπὶ σφίσιν αἱ καταραὶ τοῦ πατρός. Ἀφικόμενος δὲ ἐς Ἄργος καὶ θυγατέρα Ἀδράστου λαβὼν, κατῆλθεν ἐς Θήβας μετάπεμπτος ὑπὸ Ἐτεοκλέους μετὰ τὴν τελευτὴν Οἰδίποδος. Κατελθὼν δὲ ἐς διαφορὰν προήχθη τῷ Ἐτεοκλεῖ, καὶ οὕτω τὸ δεύτερον ἔφυγε. Δεηθεὶς δὲ Ἀδράστου δοῦναι οἱ δύναμιν τὴν κατάξουσαν, τήν τε στρατίαν ἀπόλλυσι, καὶ πρὸς τὸν Ἐτεοκλέα αὐτὸς μονομαχεῖ κατὰ πρόκλησιν. Καὶ οἱ μὲν μονομαχοῦντες ἀποθνήσκουσιν. Ἐς δὲ Λαοδάμαντα τὸν Ἐτεοκλέους καθήκουσης τῆς βασιλείας, Κρέων ὁ Μενοικέως ἐδυνάστευεν, ἐπιτροπεύων τὸν παῖδα. Ἤδη δὲ Λαοδάμαντος ηὐξημένου καὶ ἔχοντος τὴν ἀρχὴν, δεύτερον τότε ἄγουσιν Ἀργεῖοι τὴν στρατιὰν ἐπὶ τὰς Θήβας. ἀντεστρατοπεδευμένων δὲ καὶ τῶν Θηβαίων περὶ Γλίσαντα, ὡς ἐς χεῖρας συνῆλθον, Αἰγιαλέα μὲν τὸν Ἀδράστου Λαοδάμας ἀποκτείνουσι· κρατησάντων δὲ τῇ μάχῃ τῶν Ἀργείων, Λαοδάμας σὺν τοῖς ἐθέλουσιν ἕπεσθαι Θηβαίων ἀπεχώρησεν ἐς Ἰλλυριούς. Τὰς δὲ Θήβας ἑλόντες οἱ Ἀργεῖοι παραδιδόασι Θερσάνδρῳ Πολυνείκους παιδί.

v. 78. νέοις ἐν ἀέθλοις malo cum Schol. interpretari de *certaminibus juvenilibus* quam cum Schmidio de *bello renovato* ab Epigonis. Huc enim potius ſpectant, quas ſtatim meminit, μάχαι πολέμου.

v. 87. αὐτὸς pro μόνος, ut ſaepiſſime apud poetas atque proſaicos ſcriptores. Multa exempla congeſta ſunt a Cl. Zeunio ad Xenoph. Cyr. VIII, 4, 2.

v. 96,

v. 96. Ad *divitiarum laudes* poetam ducit ſumtuum cogitatio, qui ad quadrigas alendas et exercendas neceſſarii erant. *Koppe* V. S. V. in verſione Heynianae editioni adjecta locum hunc ita vertit: „Opulentia virtutibus ornata ſuſtinet ad„verſa et ſecunda, utut obveniunt, adhibito gra„viore ſeverioreque judicio.“ — Sed praeſtat, ni fallor, ita explicare: Opulentia occaſionem ſuppeditat perficiendis modo his modo illis conſiliis, et adjuvat curam ex profundo quaſi ad altiora tendentem gloriaeque inveſtigandae ſtudioſam.

v. 117. παρὰ τιμίοις θεῶν non cum Schol. intelligo *de Plutone et Proſerpina*, ut ſit pro τιμίοις θεοῖς, ſed potius de *amicis deorum*, Aeaco, Minoe, Rhadamantho.

v. 123 — 136. Quae his verſibus pulcerrime deſcribitur ſedes mortuorum, diverſa omnino eſſe debet ab ea, quae antea v. 109 — 122 deſcripta erat. Haec enim erat in Elyſio, iisque deſtinata qui ſemel et iterum religioſe juſteque vixerant, nec tamen ab omni vitiorum labe purgati erant. Et haec quidem ſedes ex Pindari ſententia non minus quam impiorum ſedes v. 106 — 108 erat *ſub terra*, κατὰ γᾶς. Jungit enim poeta utriusque deſcriptionem, nullo locorum diſcrimine commemorato. At *inſulae beatorum*, quas dein deſcribit, ſitae ſunt *in Oceano* [hinc v. 129 ὠκεανίδες αὖραι], et illis tantummodo patent, qui iterata Palingeneſi tribusque in terra vitis peractis omnem vitiorum labem exuerunt, eoque quaſi in *heroum* numerum recepti ſunt. His enim, ut ex v. 142 ſeq. patet, deſtinatae erant inſulae beatorum. Quare noſter in

fra-

fragmento apud Plat. in Menone [c. 11.], quo eandem de hominum mortuorum Palingeneſia ſententiam profert, eos, qui in Orco purgati fuerint, non ſolum poſt novem annos in vitam redire, ſed tandem etiam heroum dignitatem conſequi fingit: —

Οἶσι γὰρ ἂν φερσεφόνα ποινὰν
Παλαιοῦ πένθεος δέξηται,
Εἰς τὸν ὕπερθεν ἅλιον κείνων
Ἐνάτῳ ἔτει ἀναδιδοῖ ψυχὰν πάλιν.
Ἔκ τᾶν βασιλῆες ἀγαυοὶ καὶ σθένει κραιπνοὶ,
Σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξονται·
Ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον Ἥρωες
Ἅγνοι πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται.

Scio equidem a plurimis veterum ſcriptorum *inſulas beatorum* non diſtingui ſolere ab *Elyſio*. Sed Pindarus omnino h. l. diſtinguit, illasque altiorem felicitatis poſt mortem gradum, pluribus demum in Orco purgationibus commerendum, continere innuit. Nemo autem ignorat, quanta inter veteres ſcriptores et poetas ab Homero inde diverſitas ſit in conſtituenda et exornanda mortuorum ſede, et quot et quantas omnino mutationes diverſis temporibus paſſae ſint notiones de mortuorum poſt mortem ſede et fato. Legatur inprimis Vir ſummus *Heyne* in doctiſſimis Excurſibus ad Virg. Aen. VI. et Cl. *Heeren* in germanica diſſertatione de ortu et formatione notionis de poenis et praemiis poſt mortem inter Graecos in Berliniſche Monatsſchrift Mai 1785.

Ceterum Pindarus h. l. non ſolum Homerum Od. δ, 563 ſqq. ante oculos habuit, ſed omnino etiam Pythagoricas de Palingeneſia mentisque poſt mortem purgationibus opiniones. Veroſimile eſt,

 Pin-

Pindarum in Sicilia, ubi tunc temporis reliquiae Pythagoreorum refugium invenerant, et ubi eo tempore clariſſimi hujus ſectae philoſophi iidemque poetae Epicharmus et Empedocles vivebant, philoſophiae Pythagoricae cognitionem et amorem hauſiſſe. Hinc ſine dubio factum, ut Clemens Alex. non dubitaret, Pindarum vocare Pythagoreum [Strom. l. 5. p. m. 598]. Sed legendus omnino eſt Cel. *Schneider* in libro germ. de vita et ſcriptis Pindari p. 50—67, ubi de philoſophia Pindari et inprimis de noſtri loci ſenſu ſubtiliter diſſerit. Comparari autem debet cum noſtro loco egregium poetae noſtri fragmentum a Plutarcho ſervatum. Vid. Cel. Schneideri collectio fragmentorum Pind. p. 21 ſqq.

v. 126. ἔτειλαν, *perfecerant*, Heſych. τέλλεται· ἀνύεται· et τέλλον, ἐποίουν.

v. 127. Κρόνου τύρσιν] *ad Saturni arcem.* Saturnus igitur h. l. contra vulgarem Mythographorum opinionem fingitur ſupremus inſularum beatarum [non Elyſii] praeſes, idque ſine dubio cum reſpectu ad auream aetatem, quae olim in terris regnante Saturno floreret, jam vero ſub ejusdem imperio in inferis reviviſcat. Solent enim omnes poetae, qui piorum ſedes deſcribunt, aureae aetatis colores in eas transferre. — Nec tamen ſolus Pindarus Saturno hoc munus tribuit. Idem eſt apud Heſiodum Ἐργ. κ. Ἡ. v. 169—171, ubi vid. Graevius, et apud Marcellum [in Ill. Brunkii Analect. T. 2. p. 302].

v. 136. poſt στεφάνων Schmid. ſubaudiri vult τὰς κεφαλάς. Benedictus cum Schol. ὅρμοισι καὶ στεφάνοις χεῖρας ἀναπλέκοντι ſcriptum eſſe putat pro ὅρμους καὶ στεφά-

νους

νους ἀναπλέκοντι χερσί. Utrumque durum. Praeferendum tamen poſterius, niſi cum Pauwio malis pro ϛέφανοις corrigere κέφαλας.

v. 149. πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος] Longa digreſſione uſus tandem ad Theronis laudes regreditur, quas ut pluris Thero faciat, prius ſua carmina commendat, ut intelligat ille, ſe non a vulgari poeta laudari. Comparat carmina ſua cum ſagittis, quae allegoria ſatis frequens eſt apud noſtrum. — ὑπ' ἀγκῶνος. Eodem ſenſu apud Theocrit. 17, 30 eſt ὑπωλένιος φαρέτρα.

v. 158. γαρύετον. Schmid. ſuſpicatur, Pindarum, ſi, ut Schol. vult, h. l. ad Simonidem atque Bacchylidem rivales ſuos in aula Hieronis reſpexerit, propterea duali uſum eſſe. — Sed notum inveniri interdum Dualem pro Plurali, nec igitur opus ut cum Daveſio corrigamus γαρύεμεν.

v. 162. ἐκ μαλθακᾶς φρενὸς] i. e. *ex benevola mente*.

v. 169. ἑκατὸν ἐτέων πόλιν] Poſſunt haec proverbialiter intelligi de *magno annorum numero*. Sed poſſis etiam proprie explicare, et μήτινα non cum πόλιν ſed cum ἄνδρα jungere. Eo enim tempore, quo Theron vicit, centum fere anni ab Agrigento condito erant elapſi. Condita enim erat haec urbs Ol. 50. ut non ſolum Demetrius Tricl. affirmat, ſed aliis etiam rationibus chronologicis confirmatur. vid. Dodwelli Annal. Thucyd. p. 23. Thero autem ſecundum Schol. vicit Olympiade 77. Interſunt igitur Olympiades viginti ſex i. e. anni 104.

173. ἔβα pro ἐπέβα. *Gloriam ejus invaſit furioſorum hominum inſolentia, injuſte ſe opponens, eum-*

que

que impugnans, *cupiens obſtrepere et egregia Theronis facinora pravis factis* [e. g. calumniis] *obſcurare* atque obterere. In τὸ λαλαγῆσαι vitium latere videtur. Pauw emendat τι λαλ. ſed nondum mihi ſatisfacit.

v. 180. Ἐκεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλλοις ἔθηκεν. — Cum Pindaro in laudando Therone conſentit Diodorus Sic. [l. XI. c. 53]: ὁ Θήρων τὴν ἀρχὴν ἐπιεικῶς διῳκηκὼς καὶ ζῶν μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανε παρὰ τοῖς πολίταις καὶ τελευτήσας ἡρωϊκῶν ἔτυχε τιμῶν. Idem in Excerpt. p. 558: Θηρὼν ὁ Ἀκραγαντῖνος γένει καὶ πλούτῳ, καὶ τῇ πρὸς τὸ πλῆθος φιλανθρωπίᾳ πολὺ προεῖχεν οὐ μόνον τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν Σικελιωτῶν.

Ad Olymp. IV. p. 34–38.

v. 1. Ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς ἀκαμαντόποδος. Male vulgo vertunt: *Vibrator* fulminis. Ἐλατὴρ de *auriga* dicitur. Rectius ergo *agitator*. Eſt autem ſublimis et vere lyrica Jovis imago, qui pro equis utatur fulminibus. Hinc ἀκαμαντόπους propter celeritatem.

v. 3. τεαὶ γὰρ ὧραι — Iſtud γὰρ non abundat. Parentheſis enim illa rationem indicat, qua permotus nunc Jovem invocet. — Jovis ὧραι ἑλισσόμεναι ſunt Olympiades, ſtato tempore redeuntes et quaſi revolutae. ἔπεμψαν μὲ μάρτυρ' ἀέθλων i. e. occaſionem mihi praebent, certamina concelebrandi.

v. 7. Ξείνων. Apparet hoſpitem Pindari fuiſſe Pſaumidem, quod non mirum, quum plures in Sicilia haberet hoſpites. Hinc infra v. 25 Pſaumidem dicit χαίροντα ξενίαις πανδόκοις.

v. 10.

v. 10. ὃς Αἴτναν ἔχεις. Templum ad Aetnam habebat Jupiter. vid. Schol. ad Nem. 1, 7. Hinc vocatur Αἰτναῖος Ol. 6, 162. Nem. 1, 7.

v. 11. ἰπνὸς ut legunt nonnulli eſt καπνοδόχη *caminus*, ut ſit Aetna quaſi caminus, per quem Typhoeus ignes efflet. Occurrunt quidem *Aetnae camini* apud Virgil. Aen. 3, 580 et Senec. in Thyeſt. 585 nec non *Aetnae fornaces* apud Virgil. Ge. 1, 472 et Ovid. Met. 15, 340. Sed nusquam ipſa Aetna dicitur *caminus*. Et ſi vel maxime ita diceretur, diſpliceret tamen in lyrico, dici eam *Typhoei caminum*, quod in comico non diſpliceret. Multo minus ferri poſſet, ſi ἰπνὸς eſſet h. l. pro κλίβανος *furnus*. Retinendum igitur vulgatum ἶπον et cum Schol. explicandum. πιεσμὸς i. e. *onus quo premitur Typhoeus*. εἰπὸς vel ἶπος Heſychio eſt πᾶν βάρος. Hinc ἰπεῖν apud Etymol. M. eſt θλίβειν, et apud Polluc. [VII, 41] ἀποθλίβειν et πιέζειν. Et ἶπος (rectius ἶπος) eidem eſt τὸ τῶν κναφέων ἐργαλεῖον [τὸ πιέζον τὰς ἐσθῆτας ἐν τῷ γναφείῳ id. X, 135]. Addit: ἔστι δὲ καὶ μυάγρα οὕτω καλουμένη (vel potius ſec. Heſych. τὸ ἐμπίπτον τοῖς μυσὶ ξύλον). — Apud Ariſtoph. Eq. 924 eſt ἰπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς. Apud Aeſchylum Prom. 365 de eodem Typhoeo legendum eſſe ἰπούμενον jam olim [in verſione Pythiorum Pind.] conjeceram, quod recepit Cel. Schütz.

ἠνεμόεσσαν. Frequens apud Homerum Trojae epitheton. Heſych. ἠνεμόεν interpretatur ὑψηλὸν et μετέωρον, quatenus altiora ventis magis expoſita ſunt.

v. 14. 15. δέκσο [pro δέχου] τόνδε κῶμον. Κῶμος ſec. Suidam eſt ᾠδὴ et ὄρχησις. Apud Pindarum utrumque jungendum.

Χαρίτων ἕκατι. Fluctuant interpretes, quid haec ſibi velint. Editores Oxonienſes intelligunt: *amicitiae noſtrae cauſa.* Aliis χάρις h. l. eſt *gloria*, ut ſaepe apud Pindarum. Benedictus de *pietate* et *humanitate* victoris intelligit. Sed omnia haec dura. — Equidem de *Gratiis* intelligo, quae inter alia praeſunt etiam *beneficiis et dandis et referendis* vid. Diod. Sic. l. 5. c. 73 [ταῖς Χάρισι — τὸ κατάρχειν εὐεργεσίας καὶ πάλιν ἀμείβεσθαι ταῖς προσηκούσαις χάρισι τοὺς εὐποιήσαντας]. Phurnutus de nat. deor. c. 15 eas vocat εὐεργετικάς, et univerſam omnino earum formam et hiſtoriam ad munificentiae allegoriam revocat. Jam vero liberalitas Pſaumidis ex v. 25 ſatis patet. Et ipſi quoque hoſpitalitati videntur praefuiſſe Gratiae [ap. Phurn. l. l.]. Erat igitur Pſaumis ob liberalitatem et hoſpitalitatem *Gratiarum amicus.* Hinc poeta Jovem invocat, ut hunc hymnum propitius accipiat *Gratiarum cauſa,* quibus ſc. curae ſit Pſaumis.

ἕκητι, dor. ἕκατι, ſaepius apud noſtrum pro ἕνεκα occurrit.

v. 16. χρονιώτατον φάος etc. Hymnus *aeterna magnarum virtutum fax* eſt, i. e. earum memoriam poſteritati tradit.

v. 18. Ψαύμιδος ἥκει ὀχέων. Hymnus *curru Pſaumidis vehitur*, i. e. victoriam Pſ. comitatur. Simul hoc exprimitur, carmen *continuo poſt victoriam* factum eſſe, ita ut cum victoria fere ſimul adfuerit.

v. 21. 22. Θεὸς εὔφρων εἴη λοιπαῖς εὐχαῖς i. e. plures ei victorias largiatur. Ex carmine ſequente patet, Pſaumidem non unam ſed tres ſimul victorias reportaſſe Olymp. 82, ad quam hoc quoque car-

carmen a Scholiaſte refertur. Quod ſi verum eſt, credendum eſt, Pindarum victoriam Pſaumidis curru equeſtri reportatam ſtatim [vid. not. praeced.] celebraſſe, priusquam Pſaumis vicerat Κέλητι et ἀπήνῃ, et poſtea demum has duas victorias ſimul cum illa, quae hoc carmen peperit, novo carmine collaudaſſe. Forſan prima victoria primo ludorum die, reliquae quinto vel ultimo reportatae ſunt. Erant enim πεμπτάμεροι ἁμίλλαι, ut dicit noſter Ol. 5, 14.

v. 31. Κλυμένοιο παῖδα. Intelligit Erginum, Clymeni filium, Orchomeniorum regem. Duplex memoratur Erginus, alter Clymeni filius Orchomenius, alter Neptuni filius Mileſius. Poſterior ab Apollonio l. 1, 186 et Orpheo et Hygino Argonautis annumeratur; a noſtro autem prior. [conf. Burmanni catalogus Argonautarum ad Valer. Flacc.].

v. 34. Χαλκοῖσιν ἐν ἔντεσι δρόμος eſt δρομὸς ὁπλίτης, quem clypeo, galea et ocreis armati peragebant [Pauſan. 6, 10].

v. 36. μετὰ στέφανον ἰών. Non eſt: coronam curſu petiturus *ſperata* victoria, ſed: *parta* victoria ad coronam *accipiendam vadens*. Quae enim ſequuntur verba, non, ut Aretius vult, ſtadium ingredientis ſunt, ſed potius a victoria redeuntis.

v. 37. Vitioſum eſt comma poſt οὗτος ἐγώ. Igitur pro eo colon vel exclamationis ſignum pone, Sunt enim haec verba victoris gloriabundi et ſuperbia contemtum mulierum, quem antea paſſus erat, ulciſcentis. —

v. 37. 38. ταχυτᾶτι χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον. Senſus eſt: En me, modo contemtum, nunc victorem! Vidiſtis pedum agilitatem; aeque agiles

mihi et manus et cor. Sicut pedibus vici, ita et manibus et corde vincere queo.

Ceterum quod ad ipſam hanc Pſaumidis cum Ergino comparationem attinet, jure, ut mihi quidem videtur, ſcribit Ill. *Heyne*: „poeta indignum eſt, quod Pſaumidem canum pugnaſſe volunt et in hoc comparationis vim quaerunt. Immo ſic accipiendum: Me vera de Pſaumide pronuntiaſſe, res ipſa declarabit, ut Erginum, etſi roboris juvenilis ſpecie carentem, res ipſa et eventus probavit vegetum et valentem curſu ac viribus."

Videtur igitur comparationis vis niti inprimis inexſpectata et inopinata utriusque victoria. Ex ſequente enim carmine v. 53 veriſimile eſt, jam ſenem fuiſſe Pſaumidem. Forſan etiam ab illo Ergino genus ducebat Pſaumis, quod ſi ponamus, verba Χαρίτων ἑκατι [v. 15] erunt etiam magis congrua ac perſpicua. Erginus enim rex erat Orchomeni, ubi antiquiſſima et celeberrima Gratiarum ſedes erat. [vid. noſtrum Ol. 14].

Ad Olymp. V. p. 38–43.

v. 1—25. *Virtutum et coronarum dulciſſimus flos* eſt hymnus et univerſa victoriae celebratio. Hanc Pſaumidis *donum* eſſe dicit, quod nymphae lacus Camarinae offerat eoque hanc patriae patronam veneretur.

v. 8. αὔξων. Hoc non de ſola gloria intelligo, quae ex victoria Pſaumidis ad patriam ejus redundabat, ſed quum ex ſequentibus pateat, Pſaumidem

dem de reſtauranda Camarina, a Syracuſanis diruta, prae ceteris meritum eſſe, αὔξων illud proprie intelligo de *ampliata et aucta* Camarina. Hinc λαοτρόφος ob auctum incolarum numerum.

Varias fortunae vias experta erat Camarina. Condita erat a Syracuſanis Olymp. 45 [Thucyd. l. 6. c. 5 et Dodwelli Annal. Thuc. p. 23], ab iisdem deinde everſa Ol. 57 [ibid.]; ſed reſtaurata ſexaginta fere annis poſt per Hippocratem, regem Gelae [Herod. l. 7. c. 154]. Non ita multo poſt Gelo, rex Syracuſarum, iterum eam evertit, et cives illius Syracuſas migrare juſſit. [Herod. VII, 156]. Tandem Ol. 79, 4 [hinc non adeo diu ante hanc Pſaumidis victoriam] tertia inſtauratio Camarinae facta eſt a Gelois. cf. Diod. Sic. l. XI. c. 76, ibique Weſſeling. Dodwell. annal. Thucyd. p. 45. Jure igitur noſter v. 19 Camarinam vocat νέοικον ἕδραν.

v. 12. θεῶν jungendum puto cum βωμοὺς, non cum ἑορταῖς, quod abſolute ponitur.

v. 17. ἁβρὸν Suid. interpr. καλὸν, λαμπρὸν.

v. 22. σταθμὸς Pindaro hic et alibi eſt *domicilium*, *domus*. Sic. Ol. 10, 110 εἰς Ἀΐδα σταθμὸν. Pyth. 4, 136. Iſth. 7, 65 ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς.

v. 23. ὦ πολιάοχε Παλλὰς. Haud temere hoc Minervae cognomine hic utitur, quum de nova urbe, Palladis tutelae commendata, ſermo ſit. Eodem reſpectu v. 39 Jovem invocat Σωτῆρα.

v. 28. στρατὸν i. e. τὸν λαὸν τῆς Καμαρίνης.

v. 31. ἄλσος. Multitudinem novorum aedificiorum ſignificat, quam *altae ſilvae* comparat.

v. 32. ἀπ' ἀμηχανίας ἄγων. Malo hoc ad ipſum Pſaumidem referre, ut pendeant ab ἀείδει, quam

 ad

ad fluvium Hipparim. Ita cum ſequentibus arctius cohaerent. Et quidni jam verſus 29—31 Κολλᾷ etc. ad *Pſaumidem*, qui divitiis ſuis ad reſtaurandam Camarinam uteretur, referamus, quum eadem nonniſi admodum dure de fluvio dici poſſint? Libanius tamen [Tom. 2. p. 386 λογος Ἀντιοχικος] de ipſo fluvio hoc intellexit. Dicit enim: — ἄξιον τῆς εὐφημιας, ἣ Πίνδαρος εἰς τὸν Καμαρινᾶιον Ἵππαριν κεχρῆται, ὅτι Κολλᾷ — ἄλσος, τοῖς ἁπανταχόθεν ξύλοις, δι᾽ αὐτȣ̃ παρεχὼν ὅλκην.

v. 36. ἔργον κινδύν κεκαλυμμένον de ipſa victoria vulgo intelligunt. Melius ni fallor intelligetur de Pſaumidis ſtudio in reſtauranda patria, quod fortaſſe cum periculo odii Syracuſanorum, qui Camarinaeos debellaverant, conjunctum erat.

v. 54. 55. ὄλβον ἄρδει in Schol. explicatur: αὔξει πλȣ̃τον. Metaphoram ſumtam eſſe dicunt ab horto vel prato. Durum hoc; ſi id voluiſſet poeta, dixiſſet ἄρδει ὄλβῳ βίον. Si *Dammium* audias [in germ. verſ.] ἄρδει ὄλβον erit: *irrigat ſe felicitate.* Bonus ſenſus, ſed eum non admittit verborum ſtructura. Expeditus tamen idem erit ſenſus, ſi mecum legas ἀρύει, *haurit* i. e. *potat felicitatem ſalubrem* i. e. non inebriantem. Tum ὄλβος comparatur cum potu. Similis comparatio exſtat Ol. 1. v. 88 καταπέψαι ὄλβον.

v. 55. ἐξαρκέων κτεάτεσσι non eſt, ut vulgo intelligitur, *abundans opibus*, ſed aut *opibus* ſuis *contentus*, aut, quod malo, *divitiis ad benefaciendum utens* [ſcil. ad reſtaurandam Camarinam]. Hoc enim ſenſu apud noſtrum occurrit φίλοις ἐξαρκέων Nem. 1, 47.

v. 57.

v. 57. μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι. Hac vel ſimili ratione ſaepius noſter hortatur ad acquieſcendum conditione praeſenti, ſimulque ſuperbiae et inſolentiae fugam commendat.

Ad Olymp. IX. p. 44 -- 60.

v. 3. Καλλίνικος [ſubaudi ὕμνος] dicitur h. l. pro nomine hymni, ab initio. vid. Schol. — κεχλαδὼς Praet. Med. verbi χλάζω, *ſono, reſono.*

v. 4. ἄρκεσε. Senſus eſt: In ipſo quidem ludorum Olympicorum ſtrepitu ſufficere poterat victori ſolemnis iſta terque repetita acclamatio, ex Archilochi in Herculem hymno ſumta. At nunc peractis ludis illuſtriori victoris laude opus eſt.

Κρόνιον παρ' ὄχθον i. e. Olympiae. vid. Od. I, 179.

v. 5. ἀγεμονεῦσαι κωμάζοντι. *Praecinebatur* Archilochi hymnus victori *ſolemni pompa incedenti.*

v. 12. Ἀκρωτήριον Ἄλιδος eſt ipſa Elis, quae, quum maritima eſſet, promontorium dicitur. *Jovem et Elidem ſagitta petere* vult poeta i. e. celebrare victoriam Olympicam, quatenus ludi Olymp. Jovi conſecrati erant. — σεμνὸν ob eosdem ludos *ſacros.*

v. 16. ἔδνον Ἱπποδαμείας. Oenomao enim in imperio Elidis ſucceſſit gener Pelops. ἔδνον dicitur h. l. pro φέρνη *dos.* Nam ſec. Suidam ἔδνα ſunt τὰ διδόμενα δῶρα ὑπὸ τοῦ γαμοῦντος τῇ γαμουμένῃ. Et ita ſemper apud Homerum.

v. 26.

v. 26. Εὐνομία vocatur Σώτειρα, quoniam bonis legibus ſervantur civitates, et μεγαλόδοξος i. e. μεγάλην δόξαν φέρουσα.

v. 34. μαλερᾶς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς. Hymnum quaſi cum face comparat, qua Opuntem illuſtrare velit. μαλερόν Suidas interpr. λαμπρόν.

v. 38. Εἰ pro ὅτι ut ſaepe. —

μοιριδίῳ παλάμᾳ vertunt: *ope divina*. Sed malo: *manu a diis firmata*. Sic cohaeret cum imagine *horti a poeta culti*.

v. 41. 42. ἀγαθοὶ h. l. ſunt *victores* in certaminibus; σοφοὶ, *poetae*, qui illos celebrant.

v. 43. Ἐπεὶ etc. Senſus eſt: Hercules etiam κατὰ δαίμονα i. e. *deorum* [inprimis Minervae] *munere* tam fortis evaſit, ut contra ipſos deos pugnaret. vid. Schol.

Procedit autem oratio ita: ἐπεὶ πῶς ἂν Ἡρακλέης χερσὶ τίναξε σκύταλον ἔναντα τριόδοντος [i. e. *contra* tridentem Neptuni]. Male Schmid. jungit σκύταλον τριόδοντος. — Σκύταλον recte Suidas interpr. ῥόπαλον.

v. 47. Ἤρειδεν [εἰς] μιν. *Invaſit* eum. Hoc ſenſu ἐρείδειν occurrit apud Ariſtoph. Nub. 558: πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον, et Eq. 627 ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων.

v. 50. οὐδ' Ἀΐδας etc. Omnes cum Schol. haec de pugna Herculis cum Plutone in ipſo Orco, quum Cerberum educeret, pugnata intelligunt. Male. Pugna iſta in Pylo accidit, quum praeter Neptunum, modo a poeta commemoratum, Pluto etiam Pyliorum regi Neleo contra Herculem opem ferret. Fabulam narrat Homerus Il. ε, 395, et Schol. Pauſan. l. VI. c. 25. Apollod. II, 7, 3. Vulneratus autem eſt Pluto. Hinc mallem h. l. ἀνικήταν

ται pro ἀκινῆται. Ipſe quoque Mars eodem tempore ab Hercule vulneratus eſt [Heſiod. Scut. Herc. 359 ſqq.]. Ceterum Pauſanias l. l. refert, Herculem in hac pugna a Minerva adjutum eſſe, ut recte igitur antea [v. 41] dixerit noſter: ἀγαθοὶ — κατὰ δαίμονα ἄνδρες ἐγένοντο.

v. 51. Ῥάβδον. Quae ab aliis Mercurio, a noſtro ipſi Plutoni tribuitur virga ad deducendas umbras. — Κοίλαν ἀγυιὰν ſepulcrum eſſe volunt. Mallem intelligere de via ad Orcum, quae cava dicitur i. e. obſcura et ſubterranea.

v. 54. Ἀπὸ jungendum cum ξίφον. De ſenſu vid. Schol.

v. 58. Τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν cum Schol. de *immodica* Herculis *laude* intelligo. Senſus eſt: Inſanientis eſt [pro quo ut lyricus dicit: *inſaniae conſonat*] immodice laudare hominem et ſupra Deos extollere. Nam καυχᾶσθαι non ſemper eſt *gloriari*, ſed interdum etiam *magnopere laudare.* Sic e. g. occurrit etiam in N. T. 2 Cor. 9, 2.

v. 64. αἰολοβρόντα Gen. dor. pro αἰολοβρόντου a Nominat. αἰολοβρόντης i. e. ὁ τῶν ταχέως κινουμένων βροντῶν αἴτιος. Αἰόλος enim eſt εὐκίνητος ἢ ταχύς. παρὰ τὴν ἄελλαν. Suid.

v. 70. κτησάσθαν [dor. pro ἐκτησάσθην] i. e. *ſibi compararunt.*

v. 72. ἔγειρ' ἐπέων σφὶν οἶμον. Miror neminem haeſiſſe h. l. in voce οἶμον. Vertunt: *excita illis carminum viam canoram.* Sed quanquam noſter Ol. 1, 178 dixit ὁδὸν λόγων, non tamen intelligo quid ſit *excitare viam*, multo minus quid ſit *via canora.* Alii οἶμον λιγὺν interpretantur *cantum ſo-*

norum; at non οἶμος, ſed οἴμη eſt etiam φωνή et ᾠδή ſecundum Heſychium. Quare non dubito, quin vitium lateat in οἶμον, quod ex ſq. οἶνον fluxiſſe videtur. Equidem legendum cenſeo οὖρον, *ventum ſecundum*. Nam eadem non ſolum imagine ſed iisdem etiam verbis utitur noſter. Nem. 6, 49 εὔθυνε ἐπὶ τοῦτον οὖρον ἐπέων. Et Pyth. 4, 5 occurrit αὔξῃς οὖρον ὕμνων. Οὖρος λιγύς exſtat apud Homerum Odyſſ. γ, 176 et δ, 357. Quam facile autem ex OYPON enaſci potuerit OIMON manifeſtum eſt. In textum hanc emendationem recepiſſem, ſaltem ſub textu notaſſem, niſi nunc demum in eam incidiſſem.

v. 73. 74. παλαιὸν οἶνον i. e. *antiquas fabulas*, ut h. l. Deucalionis et Pyrrhae. — ἄνθεα ὕμνων νεωτέρων ſunt *recentia facta*, *quae adhuc quaſi florent*, ergo e. g. *Epharmoſti victoria*.

v. 79. ἄντλον apud Heſych. eſt etiam θάλασσα. Sic ἐς ἀλίμενον ἄντλον apud Eurip. in Hec. v. 1025.

v. 80—90. „Turbatiſſima haec ſunt importu„na Grammaticorum ſubtilitate, qui Protogeniam, „Deucalionis et Pyrrhae filiam, eandem eſſe vo„lunt, quae Locro nupta fuerit et a Jove antea „compreſſa, etſi ſic etiam apud Schol. Apollonii „lib. IV v. 1780 legitur, et potuit ita ab aliis tra„di. Sed quantum equidem aſſequor, ex Pindari „mente Locrus, Deucalionis et Pyrrhae filius, Lo„cridem tenebat, quo parentes conceſſerant v. 68. „Ad hunc Jupiter in matrimonium adduxit Opun„tis ex Elide filiam, gravidam in Maenali receſſu „ex deo factam, unde prognatum puerum Locrus „pro ſuo filio ſuſcepit et ab avo materno Opun-

„tem

„tem appellavit. De Protogenia Pindarus an h. l. „cogitaverit, nusquam apparet. Ab aliis tamen „illa in Elide commemorari potuit, tanquam Aeth„lii mater, qui in Elide regnavit primus et filium „habuit Endymionem, qui Epeo regnum reliquit, „a quo Epei dicti. Vid. Pauſan. V, 1." — Ita Vir ſummus *Heyne*, quem ſequor, donec certiora aliquis protulerit. In eo tamen diſſentio, quod Locrum *filium* Deucalionis dicit. Erat potius illius *nepos*, filius Amphictyonis. Ita ſaltem Scholiaſtes in loco, quem omittere non debebam: ἦν δὲ ὁ Λοκρὸς Ἀμφικτύονος τοῦ Διός. Ultimum hoc falſum. Erat enim Amphictyon filius Deucalionis; Apollod. I. c. 7, 2. et III. c. 14, 6. Quod ad Protogeniam attinet, quam alii omnes Deucalionis filiam faciunt [ut et Apollodor. I. c. 7, 2], credo equidem, eam h. l. Pindaro eſſe regis Opuntis filiam. Nam quum v. 64 Opuntem dicat urbem Protogeniae, videtur virgo, quam a Jove ex Elide Locro adductam narrat, non alia fuiſſe quam ipſa illa Protogenia, a cujus filio urbs Opus nomen traheret, et cui propterea ipſa ea urbs quaſi ſacra eſt. Commentum, quod eſt in Schol. de binomini Deucalione, vel propterea explodendum eſt, quum Deucalion ad Parnaſſum, Opus autem in Epeorum terra i. e. Elide habitaret. Recte igitur in Scholiis dicitur: ἐξήλλαχε τὴν ἱστορίαν ὁ Πίνδαρος, dum Locrum Deucalionis nepotem, Protogeniam filiam Opuntis facit, quod utrumque ſi ponamus, nulla in hoc loco ſupererit difficultas. Nam κείνων ἔσσαν [i. e. a Deucalione et Pyrrha orti] — ὑμέτεροι πρόγονοι [Epharmoſti Opuntii majores] — Ἰαπετιόνιδας φύτλας κοῦροι [i. e. ex Iapeti gente orti, quatenus Deucalion, filius

Pro-

Promethei *, nepos Iapeti, Pyrrha, filia Epimethei, neptis Iapeti fuerat] κορᾶς τε φερτάτω Κρονιδᾶν (ex amaſia Jovis, Protogenia) ἐγχώριοι βασιλῆες [i. e. non adventicii, ſed in ipſa Locride nati] αἰεί uno ordine ſibi ſuccedentes, ſucceſſione non interrupta.

v. 85. Πρὶν. Cave vertas *priusquam*, ſed eſt *olim*.

v. 91. αἰὼν πότμον ἐφάψας [ſcil. αὐτῷ] *aetas, mortem ei propius adducens* i. e. extrema ſenectus. Heſychius enim ἐφάπτεται exponit προσεγγίζει.

v. 93. σπέρμα μέγιστον poet. pro σπ. μεγίστου i. e. filium Jovis.

v. 100. διαιτᾷν h. l. eſt *adminiſtrare, regere*. Nam διαιτός eſt κριτὴς ſec. Heſych.

v. 113. ὡς' ἔμφρονι δεῖξαι μαθεῖν. Durum hoc. Credo vitium latere in δεῖξαι. Forſan εἶναι, *ut liceret cognoſcere*.

v. 120. Εὑρησιεπὴς *novorum carminum inventor*. i. e. ingenioſus, diſertus. Ἀναγεῖσθαι ab omnibus pro διηγεῖσθαι ſumitur. Quam explicationem merito rejicit Ill. *Heyne* et ingenioſe, ut ſolet, ita locum explicat: „quidni multo elegantius et meta„phorae inductae ἐν Μοισᾶν δίφρῳ convenientius: „*ducere, incedere* ab ἡγεῖσθαι. Procedit ad victo„rias Epharmoſti praedicandas: *Utinam*, inquit, „*ſatis diſertus ſim et idoneus qui praegrediar, in*„*vehar Muſarum curru (ante victorem*, ut ſup. „v. 5 Archilochium carmen ἀγεμονεῦσαι dicitur κω„μάζοντι)

* In ſcholiis textui ſubjectis ex incuria omiſſa ſunt p. 52. lin. 1. poſt Προμηθεὸς haec: ἐξ οὗ καὶ Κλυμένης Δευκαλίων. πάλιν Ἰαπετοῦ Ἐπιμηθεὺς etc.

„μάζοντι) *ingeniique audacia et vis comitetur me!*
„Jam olim Lampromachum, Epharmoſto genere junctum, in Iſthmiis victorem, celebravi, quum uterque „eodem die victores Iſthmiis eſſet renuntiatus.“ — Patet igitur, προσφόρος etiam non eſſe *commodus, aptus*, ſed pro προσφερόμενος, i. e. ἐποχούμενος *vectus.*

v. 128. Ἄλλαι δὲ δύ᾽ ἐν Κορίνθου πύλαις. Sermo eſt de duabus victoriis Iſthmicis a ſolo Epharmoſto reportatis, quum modo de priori illa Iſthmica victoria, quae ei communis fuerat cum Lampromacho, locutus eſſet. Jungendum igitur Ἐφαρμόστῳ ſtatim cum ἄλλαι δὲ δύ᾽ ἐγένοντο.

v. 130. Κόλπος Νεμέας, ſpectat ad ſitum Nemeae in valle. Hinc Νεμέα βαθυπέδιος Nem. 3, 30.

v. 134. 35. συλαθεὶς ἀγενείων aut eſt: *qui furtim digreſſus a pueris, virorum certantium numero ſeſe immiſcuit*, aut: *vixdum e pueris egreſſus.*

v. 138. ὀξυρεπεῖ δόλῳ ἀπτῶτι δαμάσσαις. Male haec de victoria *curſu* reportata intelligunt. Epharmoſtus erat παλαιστής, ut eſt in inſcriptione, et univerſa hujus victoriae deſcriptio magis convenit *luctae* quam curſui. ὀξυρεπεῖ δόλῳ· *dolo* enim *et celeritate* motuum luctanti praecipue opus eſt. Poetico more dolus luctatoris vocatur ὀξυρέπης, quod de ipſo luctatore intelligendum, qui modo huc modo illuc in lucta vergit et inclinat corpus. Eodem modo dolus vocatur ἀπτώς, quatenus Epharmoſtus ipſe non lapſus erat. δαμάσσαις· miror quomodo hoc de ſtadii victore intelligere potuerint, ſed bene de eo dicitur, qui adverſarium *proſternit.*

v. 140. Διήρχετο κύκλον de *ſtadio* vulgo intelligunt. Sed multo melius de *ſpectatorum corona*, quam magna cum acclamatione pertranſierat victor.

v. 143—45. Orationem cum Heynio ita conſtruo: „Τὰ δὲ [κατὰ δὲ τὰ πραχθέντα] ἀμφὶ πανά-„γυριν Ζηνὸς Λυκαίου [ἐν πανηγύρει in Lycaeis] θαυ-„μαστὸς ἐὼν φάνη στρατῷ Παῤῥασίῳ [populo Arcadi-„co]." — Jupiter Lvcaeus in Arcadiae monte Lycaeo colebatur. Pauſan. VIII, 2. Λυκάων Δία ὠνόματε Λυκαῖον καὶ ἀγῶνα ἔθηκε Λυκαῖα. ib. c. 38. τραφῆναι τὸν Δια φασὶν ἐν τῷ ὄρει τῷ Λυκαίῳ etc.

v. 152. τὸ δὲ φυᾷ [γινόμενον] κράτιστον ἅπαν. *Quidquid naturae debemus, id optimum eſt.* Naturalem Epharmoſti indolem ad certamina ſignificat; qua plus effecerit, quam alii diſciplina.

v. 156—58. Ἄνευ δὲ θεοῦ etc. „absque deo au-„tem [non propitio Genio] quod quis ſuſceperit, „ſileri non deterius eſt [praeſtat] facinus unum-„quodque." Ita vertit S. V. *Koppe.*

v. 161. σοφίαι μὲν αἰπειναί. Sapientia i. e. ingenii cultura et liberalia ſtudia, omnes alias μελέτας ſuperant. Hac ultima gnome Poeta tacite ſui et artis ſuae laudem omnium victoriarum laudi anteferendam innuit. Ita Schmidius.

v. 164. τόνδ' ἀνέρα δαιμονίᾳ γεγάμεν, *virum hunc deorum munere aptum ad certamina natum eſſe.*

v. 165. ὁρῶν ἀλκάν non eſt *adſpectu robuſtus*, ſe.l ut eſt in Scholiis ὃς καὶ τῷ βλέμματι ἀλκὴν καὶ δύναμιν ἐμφαίνει. Sic apud Ariſtoph. Plut. 328 βλέπειν Ἄρη, et Acharn. 565 βλέπειν ἀστραπὰς et ſimilia.

v. 166—68. Junge: „ὃς νικῶν ἐπεστεφάνωσε βω-„μὸν Αἰάντειον Οἰλιάδα [pro Οἰλιάδου] δαιτὶ, vel ut ſit „ἐν δαιτὶ *inter epulas ſollemnes coronavit aram*, vel „δαιτὶ

„δαιτὶ *dapibus, ſacrificio exſtruxit aram Ajacis Oili-*
„*dae*, victor ſc. ἐν τοῖς Αἰαντείοις, in certaminibus „in Ajacis Oilei honorem quotannis apud Locros „haberi ſolitis." Ita Cel. *Heyne*. Nec opus tamen, ut de nova victoria in Ajacis ludis cogitemus. Credere poſſumus victorem ex Olympiis reducem coronaſſe Ajacis patrii herois aram.

Ad Olymp. XI. p. 60—62.

v. 1. Junge Ἔστιν ὅτε: *interdum.* More ſuo poeta omittit comparationis particulas, eamque abrupta oratione profert. Senſus eſt: Homines non magis egent ventis et pluviis, quam victores fama et carmine. Argutantur interpretes, qui famam cum ventis, quod ſint inconſtantes, poeticam vero laudem cum pluvia diutius commorante, a poeta comparari ducunt. Utrumque jungendum.

v. 5. Vulgo poſt τέλλεται interpungunt. Equidem Heynium ſecutus ſum. „μελιγάρυες ὕμνοι „Ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων [ſc. εἰσὶ, vel ex eo, quod ſequi„tur, repeti poteſt τέλλονται] τέλλεται Καὶ πιστὸν ὁ h. „καὶ τέλλεται π. *ſin quis aerumnoſo certamine victo-* „*riam conſecutus fuerit*, *proveniunt*, *adſunt ipſi*, „*dulces hymni*, *laudum apud poſteros fecunda ſemi-* „*na*, *et iis ipſis venit fidum pignus magnis virtuti-* „*bus*, *ſeu rebus praeclara virtute geſtis. Inprimis* „*autem Olympicis victoribus talia carmina aequis* „*omnium animis conſecrantur* etc."

v. 10. Ego ita jungo: σοφαῖς δὲ πραπίδεσσιν ἀνὴρ ἀνθεῖ ἐσαεὶ ἐκ θεοῦ, ut ſenſus ſit: *poetarum* autem

ingenio viri [ſc. victores] *in aeternum florent decorum munere.* Ita ſententia cum praecedentibus ἀφθόνατος etc. optime cohaeret. Poſſet etiam ἐκ θεοῦ jungi cum σοφαῖς, *ingeniis a deo ad ſapientiam* i. e. ad poeticam artem *excitatis.*

v. 13. χρυσέας ἀντὶ τοῦ τῆς τιμίας, τῆς καλλίστης. Schol.

v. 16. ἔνθα συγκωμάξατε. Muſas hortatur, ut ſecum apud Locros victoriam cantu atque choreis celebrent. Oratio autem ita procedit: ἐγγυάσομαι, [ὑμᾶς] ἀφίξεσθαι [πρὸς] μιν [ſc. τὴν γενεὰν h. τὸ γένος Λοκρῶν, ἔσαν] στρατὸν μὴ φυγόξενον etc.

v. 20—22. Senſus comparationis eſt: Locros Epizephyrios, coloniam Locrorum Graecorum, ab horum virtutibus non degeneraſſe, ſed aeque ac illos excellere ſapientia et fortitudine. αἴθων h. l. alii de *rutilo* vel *fulvo vulpis colore* intelligunt; alii de *ingenio fervido.* Praefero prius.

Ad Olymp. XII. p. 63--65.

v. 1. Ζηνὸς Ἐλευθερίου. Hoc cognomine Jovi, poſt glorioſam pugnam Plataeenſem devicto Mardonio, templum conſecratum eſt in memoriam vindicatae Graecorum libertatis. Strabo l. IX. p. 412 ἱδρύσαντο Ἐλευθερίου Διὸς ἱερὸν, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν στεφανίτην ἀπέδειξαν, Ἐλευθέρια προσαγορεύσαντες. cf. et Thucyd. II, 71. Exſtat de eo Simonidis elegans epigramma [in Brunk. Analect. Vol. I. p. 134]:

Τόνδε

Τόνδε ποθ᾽ Ἕλλανες νίκας κράτει, ἔργῳ Ἄρηος
Εὐτόλμῳ ψυχῆς λάματι πειθόμενοι,
Πέρσας ἐξελάσαντες, ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι κοινὸν
Ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν Ἐλευθερίου.

Hoc igitur Jovis cognomen eo tempore, quo vicit Ergoteles, recens adhuc erat; vicit enim ſecundum Scholiaſten, Olymp. 77, et pugna Plataeenſis incidit in Olymp. 75, 2. Quam gratum igitur hoc Jovis cognomen tunc temporis Graecorum auribus fuerit, facile eſt intellectu. Eodem tempore [Olymp. 75, 1] ad *Himeram* terreſtri et navali praelio devicti erant Carthaginienſes, Siciliae libertatem oppreſſuri, a Gelone ac Therone. [Diod. Sic. XI. c. 20 ſqq. vid. not. ad Pyth. 1, 153.] Forſan igitur etiam in Sicilia Jovi Ἐλευθερίῳ templum exſtructum erat, aut, quod adhuc magis veriſimile eſt, *Fortunae*, quae tum h. l. praeclara allegoria illius filia diceretur. Ad eadem tempora pertinet expulſio Terilli, Himerae Tyranni; Herod. VII, 165. Forſan igitur ad hanc quoque reſpexit poeta. Omnino vero non inauditum fuiſſe in Sicilia Jovem Ἐλευθέριον teſtatur Diodorus, qui expulſo Syracuſis tyranno Thraſybulo, Hieronis fratre et ſucceſſore, *Jovi* Ἐλευθερίῳ ſtatuam poſitam eſſe narrat. Hoc tamen poſt Ergotelis victoriam accidit Olymp. 79, 2.

V. 2. εὐρυσθενέ᾽ [ſed legendum potius εὐρυσθενεῖ] ἀμφὶ πόλει *pro ampliſſima urbe* [πολλὴν ἐχούσῃ δύναμιν Schol.] Omnino enimPindari aetateHimera inter celeberrimas Siciliae civitates erat. Cicero [in Verr. II. 2, 35] ſcribit: oppidum Himeram Carthaginienſes quondam — ceperant, quod fuerat *inprimis Siciliae clarum et ornatum.* Poſtea everſa eſt a

Carthaginienſibus, ita ut Strabonis tempore ſupereſſent tantum ruinae [Strabo l. VI. p. 272]. Attamen „Himera deleta, quos cives belli calami-„tas reliquos fecerat, ii ſeſe Thermis collocarant, „in ejusdem agri finibus, neque longe ab oppido „antiquo." [Ita Cicero l. l.]

v. 4. Τὶν [dor. pro σοὶ h. ὑπό σοῦ] γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται νᾶες. Spectare haec videntur ad victoriam Gelonis navalem, ut ἐν χέρσῳ πόλεμοι ad ejusdem victoriam terreſtrem apud Himeram ſupra [ad v. 1] commemoratam; ſimulque ad ſimulacra Fortunae, quae cum gubernaculo fingi ſolet. Quare Horatius *Fortunam* vocat *dominam aequoris*: Od. I, 35, 6.

v. 5. λαιψηροὶ πόλεμοι, ἤγουν οἱ σφοδροὶ τὴν ὁρμὴν καὶ δραστήριοι. Schol.

v. 6—9. αἵγε μὲν ἀνδρῶν πόλλ' ἄνω etc. Quum modo de navibus a Fortuna gubernatis locutus eſſet, poeta hanc navium notionem transfert in ſpes hominum, quae mare fallaciarum pernavigantes modo ſurſum modo deorſum jactentur.

v. 10—13. Σύμβολον, ἤγουν σημεῖον προγνωστικὸν ἀσφαλὲς, οὔπω τὶς κατενόησεν ἀπὸ τοῦ θεοῦ περὶ τῆς ἐσομένης πράξεως· ἤγουν τύχης. „Τῶν δὲ μελλόντων" τό Δὲ, ἀντὶ τοῦ Γὰρ, ἤγουν αἱ φραδαὶ γὰρ, τουτέστιν αἱ γνώσεις τῶν μελλόντων τετύφλωνται, ἀντὶ τοῦ ἀφανεῖς, ἄδηλοι εἰσίν. Schol.

v. 18. πεδάμειψαν aeol. pro μετήμειψαν. Ita Pyth. 5, 62 πεδὰ pro μετὰ et Nem. 10, 114 πεδαυγάζων.

v. 22. κατεφυλλορόησε. Metaphora ſumta ab arboribus, quarum folia quaſi defluant.

v. 23. 24. Ad hos et ſqq. verſus ex ſcholiis recentioribus haec adhuc enotanda erant. στάσις ἀντι-

τιμήνειρα τουτέστι ἡ ἐξ ἐναντώσεως τῶν ἀνδρῶν γενομένη. —, ἀμεῖρσε] ἐστέρησέ σε τῆς πατρίδος τῆς σῆς τῆς Κνωσσίας ἀντὶ τοῦ τῆς Κνωσσοῦ. τὸ κτητικὸν ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ. Schol.

V. 27. 28. Βαστάζεις ἤγουν ὑψοῖς, μεγαλύνεις. ὁμιλῶν, τουτέστι οἰκῶν ἀναστρεφόμενος παρ' αὐτῇ, τῇ Ἱμέρᾳ δηλονότι, ὥσπερ εἰ ἀναστρέφου παρὰ τῇ οἰκείᾳ γῇ, ἤγουν τῇ πατρίδι σοῦ τῇ Κνωσσῷ. Schol.

Ad Olymp. XIV. p. 66 -- 68.

Videtur carmen hoc eo conſilio factum, ut in celeberrimo Gratiarum templo, quod erat Orchomeni, decantaretur. Hinc non mirum, majorem carminis partem in laudibus Gratiarum potius quam victoris verſari. His enim ab antiquiſſimis inde temporibus ſacra erat haec urbs, vid. Pauſan. l. 9. c. 35 et 38.

Ceterum *puerorum ſtadio* viciſſe Aſopichum, recte cenſuerunt viri docti, idque ex v. 32 [νέαν χαίταν] colligitur. Primum autem puerorum curſus et luctae certamen inſtitutum Ol. 37. Pauſan. V, 8.

v. 3. λιπαρᾶς Ὀρχομενοῦ. Epitheton ad *divitias* Orchomeni ſpectat, Homeri jam aetate celebres. Il. ι, 381. Pauſanias de hac urbe [l. 9. c. 34] ſcribit: Ὀρχομενὸς, εἰ τοῖς Ἕλλησιν ἄλλη πόλις ἐπιφανὴς καὶ αὕτη ἐς δόξαν, εὐδαιμονίας δέ ποτε ἐπὶ μέγιστον προαχθεῖσα. Idem ampliſſimum Minyae aerarium meminit ib. c. 36 et 38.

v. 5. Μινυᾶν. Vocabantur ita antiquiſſimi Orchomeni incolae. Pauſan. l. 9. c. 36. Μινύου ἦν Ὀρ-

χομενός. ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ἥ τε πόλις Ὀρχομενὸς καὶ οἱ ἄνδρες ἐκλήθησαν Ὀρχομένιοι. διέμεινε δὲ οὐδὲν ἧσσον καὶ Μινύας ἐπονομάζεσθαι σφᾶς ἐς διάκρισιν ἀπὸ Ὀρχομενίων τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ. Hinc Homero quoque Orchomenus vocatur Μινύειος Il. β, 511 et Od. λ, 283.

v. 17. πατρὸς Ὀλυμπίοιο i. e. Jovis. Nam quanquam de matre Gratiarum magnus diſſenſus eſt, omnes tamen conſentiunt, Jovem earum eſſe patrem.

v. 21. Ἐπάκοοι νῦν. λείπει γίνεσθαι. Schol.

v. 23. ἐπ' εὐμενοῖ τύχᾳ i. e. *ob victoriam.*

v. 22. ἰδοῖσα τόνδε κῶμον βιβῶντα. Cogitandum, pompam ad templum Gratiarum ductam eſſe.

v. 24. Λυδίῳ τρόπῳ. Cur Lydio modo, quem nemo ignorat molliſſimum fuiſſe? In notis ad verſionem meam germanicam dixi, poetam ad Gratias reſpicere, quibus haec harmonia fuerit aptiſſima. Sed jam aliud mihi videtur. Videtur enim potius poeta eo reſpicere quod *puer* erat Aſopichus. *Puerili* enim *aetati* convenientiſſima erat harmonia Lydica. Audi Ariſtotelem (de Republ. l. 8. c. 7 ad finem): εἴ τις ἐστι τοιαύτη τῶν ἁρμονιῶν, ἣ πρέπει τῇ τῶν παίδων ἡλικίᾳ, διὰ τὸ δύνασθαι κόσμον τ' ἔχειν ἅμα καὶ παιδείαν· οἷον ἡ Λυδιστὶ φαίνεται πεπονθέναι μάλιστα τῶν ἁρμονιῶν.

v. 26. ἐν μελέταις, ἀντὶ τοῦ συνθήκαις ἐπῶν. Schol.

v. 27. ἁ Μινύεια. Thucyd. l. 4: ἐς Ὀρχόμενον τὸν Μινύειον πρότερον καλούμενον.

v. 29. Ἀχοῖ Vocaticus doricus pro Ἠχοῖ. Sed Schmidio et poſt eum Dammio ſubita haec apoſtrophe ad *Famam* dura videbatur. Igitur ἀχοῖ illis eſt caſus tertius ut ſit: *clara voce.* Sed Gratiae nullo modo convenit id munus, ut ad Orcum nuncium

cium ferat, et lyricum ſane non dedecet tam ſubita orationis converſio. Anglicus nonnullorum Pindari carminum interpres *Weſt* nympham Echo intelligit, quae olim ad Cephiſum, hinc non procul Orchomeno, commorabatur. Sed haec in meram vocem mutata erat (Ovid. Met. 3, 400). Melius igitur intelligemus eandem deam, quam Ol. 8, 107 Ἀγγελίαν vocat, et quam etiam ad Orcum nunciam mittit. Apparet ex hoc loco, mortuum jam fuiſſe victoris patrem. Sed praeclara fictione mortuo quoque filii gloriam nunciari vult poeta.

Non inutile tamen credo, commemorare h. l. Olympiae extitiſſe porticum, quae ſepties voces redderet, quam ideo ἑπτάφωνον vocabant, ut refert Plutarchus (de garrulit. in pr.). Quid ſi ad hoc naturae miraculum ſimul reſpexerit poeta?

v. 32. νέαν — χαίταν; quia *puer* erat Aſopichus.

v. 35. πτέροισι. Metaphorice ab omnibus intelligitur, ut *alae certaminum* ſint coronae, quae victorem quaſi extollant. Mihi quidem audax iſta imago, ſed non abſona videtur. *Weſt* proprie intelligi vult *de alis*, quibus (ut ſymbolo celeritatis) ornati fuerint victores. Sed licet concedam, ritum hunc omnino colligi poſſe ex Plutarchi loco (de facie in orbe lunae p. 943: ὥσπερ οἱ νικηφόροις ἀναδούμενοι στεφάνοι πτερῶν); exiſtimabo tamen potius, alludere et reſpicere poetam ad hunc ritum, quam nihil aliud niſi illum alarum ornatum ſignificare voluiſſe. Significavit potius gloriam victoris alis iſtis quaſi evolantem. Sic et Pyth. 9, 220 πτεροενικᾶν occurrunt.

Ad Pyth. I. p. 69 – 92.

v. 1—3. Jungere ſolent χρ. φόρμιγξ, κτέανον Ἀπόλλωνος καὶ Μοισᾶν. Sed lyra quam alloquitur Pindarus, non poteſt eſſe Apollinis et Muſarum ſimul, ſed eſt ſolius Apollinis. Hinc jungo φόρμιγξ Ἀπόλλωνος, χρυσέα καὶ κτέανον σύνδικον Μοισᾶν; ut Genitivus Μοισᾶν pendeat non a κτεανον ſed a σύνδικον. idque ita interpretor: *Lyra Apollinis aurea eademque ſimul inſtrumentum, quo regit Muſas*, ſcil. cantum et chorum earum, cui interpretationi congruunt quae ſequuntur: ἀκούει et πείθονται.

Σύνδικον interpretantur vulgo συνῳδὸν et σύντροπον (conveniens). Utrumque maxime languet. σύνδικος alias eſt cauſidicus [Σύνδικοι οἱ ἐν τοῖς δίκαις βοηθοί Heſych.] qui quaſi *ſocius judicis* eſt. κτέανον σύνδικον erit igitur inſtrumentum, quod *cum Apolline praeeſt* Muſarum cantui eumque regit.

ἰοπλόκαμος Heſychius recte interpretatur μελανόθριξ. Eodem ſenſu Iſth. 7, 33 Muſae vocantur ἰοβόστρυχοι. Sciendum enim non ſolum ἴα πορφυρέα καὶ κιρρὰ fuiſſe, ſed λευκὰ quoque et μέλανα. vid. Theophr. de hiſt. plant. l. 6. c. 6. ubi differentiam albarum et *nigrarum violarum* exponit. Hinc Homero Il. λ, 298. Od. ε, 56 et λ, 106 πόντος dicitur ἰοειδής, quum eidem alibi dicatur μέλας. Il. ω, 79.

Fingit igitur poeta chorum Apollinis et Muſarum in Olympo, ad quam fictionem ducebat eum Pythicae victoriae celebratio, quam Hieroni largitus erat Apollo, Pythiorum praeſes.

v. 4. ἀγλαΐας ἀρχά. Vertunt *laetitiae initium.* Sed malo ἀρχὴ *principatum* interpretari (ut igitur ſaltatio ſit laetitiae quaſi apex et ſummus gradus), vel

vel potius *principem.* ἀρχὴ enim bene dici poteſt pro ἀρχός; in plurali ſaltem id non infrequens. *Chorus* igitur noſtro erit *princeps laetitiae atque feſti*, quod ni fallor magis poeticum eſt quam vulgaris interpretatio.

v. 6. φροίμιον per craſin pro προοίμιον h. l. non eſt praeludium, id enim eſt ἀναβολή, ſed pro toto hymno ſumitur ut Pyth. ζ. Ita Thucydides l. 3. c. 104 Hymnum Homeri in Apollinem vocat προοίμιον Ἀπόλλωνος, ubi Scholiaſtes diſerte addit, ὕμνους τὰ προοίμια ἐκάλουν. Ita etiam Pauſan. X, 8 Ἀλκαῖος ἐν προοιμίῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα. Similiter Plato in Phaedone c. 4 hymnum in laudem Apollinis dicit τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον, ubi vid. Cel. Fiſcher.

v. 7. ἀμβολάς. Syncope poetica pro ἀναβολάς. ἀναβολὴ praeludium, idem quod προοίμιον, ſi proprie, non, ut paullo ante, de ipſo hymno dicitur. Suidas ſcribit: Ἀναβολάς, τὰ προοίμια ἢ τὰς ἀρχὰς τῶν ᾀσμάτων. Ὅμηρος· Ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

v. 8. Καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύεις ἀενάου πυρός poetice pro ἀέναον πῦρ τοῦ αἰχμητοῦ κεραυνοῦ. Senſus eſt: Jupiter ipſe cantu Muſarum delinitus in dulcem quaſi ſoporem ſolvitur, ita ut fulmen excidat manibus et exſtinguatur. — αἰχματὰς κεραυνὸς eſt *fulmen cuſpidatum.*

v. 10. ἀνὰ σκάπτῳ. Nihil hoc loco expreſſius cogitari poteſt ad vim Muſices declarandam. Aquila, Jovis ſceptro inſidens, obdormiſcit alis utrinque pendentibus, et nutat in ſceptro. — Aquila Jovis plerumque Jovis pedibus adſtans aut propter eum volans ſingitur. Aquilam ſceptro inſidentem ſumſit forſan poeta ex aliquo ſimulacro Jovis.

Jovis. Sed magis veriſimile eſt, Phidiam in ſimulacro Jovis Olympii fingendo praeter notum illum Homeri locum (Il. α, 528 ſqq.) reſpexiſſe quoque hunc noſtrum locum. Finxit enim aquilam ſceptro Jovis inſidentem. vid. Pauſan. l. V. c. 11 ὁ δὲ ὄρνις ὁ ἐπὶ τῷ σκήπτρῳ καθήμενος, ἐςὶν ὁ ἀετός.

v. 14. κελαινῶπιν νεφέλαν. de *ſomno* loquitur, quem cum *atra nebula* comparat. Κελαινῶπις fem. a maſc. κελαινώπης, quod non ſolum eſt *nigris oculis praeditus*, ſed etiam *niger adſpectu* ut h. l.

v. 15. ἀγκύλῳ κρατὶ intelligunt vulgo de *roſtro adunco*, ſed melius de aquilae dormientis *inflexo et nutante* capite.

v.16. ἁδὺ κλαϊςρον βλεφάρων. Vulgare eſt: oculi *clauduntur* ſomno, pro quo lyrica audacia ipſe ſomnus dicitur *dulce palpebrarum clauſtrum.* Eſt autem κλαΐςρον dorice dictum pro κληΐςρον et hoc pro κλείωτρον aut κλεῖτρον a κλείω, pro quo dorice dicitur κλᾳέω.

κνώσσειν — ὑπνοῦν, καθεύδειν, κοιμᾶσθαι. Heſych.

v. 17. ὑγρὸν νῶτον. Fluctuant interpretes in explicando epitheto ὑγρὸν. Schmid. interpr. *delectatione perfuſum dorſum.* Dammius: *ſomno rigatum.* Chabanon, gallicus interpres, *humidum* dici aquilae dorſum cenſet, quoniam in nubibus habitet. Ridicula haec. Melius S. V. *Koppe: molle et inflexum* tergum, et Benedictus: *diffuſu facile*, ſumtum ex Scholio εὐδιάχυτον. Sed ne hoc quidem ſatisfacit. Mihi quidem hoc ipſo epitheto *nutantis* in ſceptro aquilae imago exprimi videtur. ὑγρὸν βλέμμα apud Anacreontem et alios eroticos non ſunt oculi humidi, ſed petulantes, *mobiles.* vid. interpret. ad Anacr. 28, 21 et ad Lucian. Imag.

(T. 2.

(T. 2. p. 465). Homerus ſaepe de mari hac voce utitur. Sed quam otioſum et jejunum foret *mare humidum.* Si vero vertas *mare fluctuans*, dignum erit poeta epitheton. Eodem ſenſu ὑγρὸν dicitur ſaepius de animo fluctuante et in omnes partes flexili. — Nec aliter intellexit h. l. Scholiaſtes, quum ſcribit: ἐπὶ θάτερα ῥέπων et ταλαντευόμενος καὶ ζυγοστατούμενος, quae ad nullam aliam vocem pertinere poſſunt.

v. 17. τεαῖς ῥιπαῖσι κατασχόμενοι, *tuis* (lyrae Apollinis) *ictibus* i. e. ſonis et modis *delinitus.*

v. 21. κῶμα, κοίμισμα, ὕπνος ληθώδης, καταφορὰ ὕπνου βαθέος Heſych. Non tamen de ipſo *ſomno* intelligo, ſed de quadam mentis ecſtaſi et languore cum ſummae voluptatis ſenſu conjuncto. Fingitur igitur h. l. Mars molliſſimo et dulciſſimo Muſarum cantu quaſi conſopitus, ita ut haſta manu excidat.

v. 21. Equidem ita jungo: κῆλα δὲ (ſc. τεὰ) θέλγει καὶ δαιμόνων φρένας ἀμφὶ σοφίᾳ Λατοίδα τε Μοισᾶν τε. *Tela* (tua, ſc. lyrae) *deliniunt Deorum quoque mentem* (ut h. l. Jovis et Martis) *per artem Apollinis et Muſarum.* ἀμφὶ enim noſtro interdum dicitur pro διά. Sic Pyth. 8, 47 ἐμᾷ ἀμφὶ μαχανᾷ.

v. 23. βαθύκολπος ſenſu non differt a βαθύζωνος, quare eaedem Muſae dicuntur, a noſtro βαθύζωνοι κόραι Μνημοσύνης. Iſth. 6, 109. Eſt autem eximiae pulcritudinis et venuſtatis in corpore femineo epitheton, ut igitur ſynecdochice dicatur pro *pulcra, et in flore ac vigore aetatis conſtituta.* Sic apud Anacr. 5, 14 κόρη βαθύκολπος. In verſione Koppiana h. l. ver-

vertitur epitheton hoc: *ſinuoſis pallis indutae.* Sed praeſtat de *mammoſis* intelligere.

v. 29. ὅς ἐν Ταρτάρῳ κεῖται. Contradicere ſibi videtur poeta, quum ſtatim eundem Typhoeum ſub Aetna jacere fingat. Sed utrumque idem eſt. Nam ἐν Ταρτάρῳ nihil aliud eſt, quam penitus ſub terra. Scholiaſtes Aeſchyli ad Prometh. 351 de Typhoeo ſcribit, αὐτος ἐν Σικελίᾳ περὶ την Αἴτνην τῷ Ταρτάρῳ ἐκρύβη.

v. 30. Θεῶν πολέμιος. Copioſe Typhoei hiſtoriam ejusque cum diis bella enarrat Apollodorus. l. I. c. 6. ubi vid. Cel. Heyne. conf. Jablonski Pantheon Aeg. l. 5. c. 2. et Heſiod. in Theog. 820 ſqq.

v. 31. ἑκατοντακάρανος. Scribit Heſiodus l. l.

— — ἐκ δὲ οἱ ὤμων
Ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος δεινοῖο δράκοντος.

v. 32. Κιλίκιον. Hinc Pyth. 8, 20 Typhoeus dicitur Κίλιξ ἑκατογκράνος, et Aeſchylus (Prom. 351) eundem vocat Κιλικίων οἰκήτορα ἄντρων et Scholiaſtes Aeſchyli ad h. l. ἰστέον δὲ ὅτι ἐν Κιλικίᾳ μὲν ἐγεννήθη ὁ Τυφὼς, ἐκολάσθη δὲ ἐν Σικελίᾳ. Ipſa autem celebrata Arima Homeri (Il. β, 783 εἰν Ἀρίμοις ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς) Ciliciae jam olim aſſignata ſunt. vid. Strabo l. XII. Steph. Byz. in v. Ἄριμα: Mihi quidem εὐναὶ Typhoei apud Homerum nihil aliud ſignificare videntur quam h. l. αντρα, ita ut Homeri quoque locus non de ſede Typhoei devicti et puniti, ſed de priſtina illius habitatione, priusquam a Jove debellatus eſſet, intelligatur. Ita multae difficultates, quas Homericus locus peperit, evaneſcunt. — Secundum Apollodorum (l. 1. c. 6) habitabat Typhoeus in antro Ciliciae celebratiſſimo, Corycio, de quo vid. Pomp. Mela l. 1, 13.

At

At ibidem Mela aliud in Cilicia meminit antrum *Typhoneum*, quod ultra Corycium collocat et ubi Typhonis cubile fuiſſe tradit.

v. 34. Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ὄχθαι. Non cogitandum cum Schol. de inſula quadam prope Siciliam, nomine Cuma, quae nulla eſt et ex falſa hujus ipſius loci interpretatione conficta. In eundem tamen errorem delapſus etiam eſt Stephanus Byzantinus, qui in v. Κύμη ſcribit: ἐςὶ καὶ νῆσος πλησίον Σικελίας, ubi vid. notae Berkelii et Holſtenii. — Alii ὄχθας ὑπὲρ Κύμας *de ipſa Sicilia* intelligunt. Durum hoc, praeſertim quum Siciliam ſeorſim commemoret. Num igitur intelliges *littora apud Cumas in Campania?* Sic vulgo accipitur. Sed dubito, an ὑπὲρ unquam ſit *apud*. Nullum igitur dubium eſt, poetam dicere voluiſſe, Typhoeum, immanis ſtaturae gigantem, non ſolum ſub Aetna jacere, ſed pertingere usque *ad campos Phlegraeos* et *ad Veſuvium* *, qui prope Cumas, eique qui [ut noſter h. l.] ex Italia ad Siciliam verſus tendit, *ſupra Cumas* poſiti ſunt. Sed reſpicitur omnino h. l. ad omnem illum Italiae tractum circa Cumas, ignibus ſubterraneis aeſtuantem. Praeter campos Phlegraeos in hac regione Strabo l. V. p. 245 ſq. collocat forum Vulcani (hodie *Solfatara*), quod ita deſcribit: Ἡφαιςȣ̃ ἀγορὰ, πεδίον ἐπικεκλεισμένον διαπύροις ὀφρύσι, καμινώδεις ἐχȣ́σαις ἀναπνοὰς

* Prima quidem Veſuvii eruptio, cujus hiſtoria meminit, eſt illa, qua Plinius periit. Sed ſcribit de eo Strabo V, 47: Ὑπέρκειται τῶν τόπων τȣ́των ὄρος Οὐεσσȣΐον — ὡς τεκμαίροιτ' ἄν τις τὸ χωρίον τȣ̃το καίεσθαι πρότερον καὶ ἔχειν κρατῆρας πυρός.

πνοὰς πολλαχοῦ καὶ βρομώδεις ἱκανῶς. Et quemadmodum Pindarus h. l. dicit ὑπὲρ Κύμας, ita Strabo de hoc Vulcani foro: ὑπέρκειται τῆς πόλεως (Loquitur de Puteolis, ergo multo magis *ſupra Cumas*, quippe quae magis ad Septentr. vergebant, ſitum erat). Eadem voce utitur de Veſuvio, loco antea allato. Notum autem eſt poetas veteres in cubili Typhoei ab Homero inde maxime diſſentire. Praeter eos enim, qui eum Aetnae ſubjiciunt, alii inſulam Aenariam vel Inarimen (quod nomen errore ex Homerico εἰν Ἀρίμοις Il. β, 783 natum eſſe creditur) ei imponunt (Virgil. Aen. 9, 716. Sil. Ital. 8, 541), alii inſulam Neſidem (Lucan. VI, 90 ſed idem alio loco Inarimen V, 101), alii inſulam Pythecuſam (Strabo l. V. p. 248) quam tamen non diverſam ab Aenaria eſſe tradit Plinius, diſſentientibus aliis. In eo tamen conſentiunt plurimi, ut cubile Typhoei aut in Sicilia aut in aliqua ſinus Cumani inſula quaerant. Sapienter igitur Pindarus immanem iſtum gigantem ſub toto illo maris et inſularum tractu a Cumis inde usque ad Siciliam, caecis ignibus repleto, jacere fingit. Id ipſum jam vidit Strabo, qui commemorata fabula de Pythecuſis Typhoeo impoſitis (l. l.) addit: Πιθανώτερον δὲ Πίνδαρος εἴρηκεν, ὅτι πᾶς ὁ πόρος οὗτος, ἀπὸ τῆς Κυμαίας ἀρξάμενος μέχρι τῆς Σικελίας διάπυρός ἐστι, καὶ κατὰ βάθους ἔχει κοιλίας τινὰς, εἰς ἓν συναπτούσας πρός τε ἀλλήλας καὶ πρὸς τὴν ἤπειρον· διόπερ ἥ τε Αἴτνη τοιαύτην ἔχειν δείκνυται φύσιν, οἵαν ἱστοροῦσιν ἅπαντες, καὶ αἱ τῶν Λιπαραίων νῆσοι, καὶ τὰ περὶ τὴν Δικαιαρχίαν (Puteoli) καὶ Νεάπολιν, καὶ Βαίας χωρία, καὶ αἱ Πιθηκοῦσαι. Ταῦτ' οὖν διανοηθεὶς τῷ παντὶ τόπῳ τούτῳ φησὶν ὑποκεῖσθαι τὸν Τυφῶνα. Legatur *Wernsdorfii* Excurſus III ad

Aet-

Aetnam Cornelii Severi, vel, ut ipſi videtur, Lucilii in Poet. lat. min. T. IV, p. 352. itemque Heynii excurſus II ad Aen. IX, 715.

Ceterum Κύμας h. l. eſt Genitivus ſingularis, non, ut Schmidius vult, Accuſativus pluralis. Quanquam enim Latinis ſcriptoribus plurale nomen *Cumarum* uſitatius eſt (occurrit enim etiam *Cyme* apud Silium Ital., Statium aliosque) apud Graecos tamen ſcriptores, inprimis Strabonem, magis in uſu eſt Κύμη. Attamen Ptolemaeus habet Κοῦμαι.

v. 38. πάνετες χίονος τίθηνα, i. e. *nulla non anni parte*, aeſtate quoque, nive contecta eſt. — Idque ita eſſe veteres et recentiores teſtantur. Solinus ſcribit c. 11: „Mirum eſt, quod in illa ferventis naturae pervicacia, licet vaſtis exundet incendiis, apicis canicie *perpetua* brumalem detinet faciem.“ Inter recentiores autem lectu prae ceteris digna eſt elegantiſſima *Brydonii* deſcriptio. (vid. *Iter Brydonii* T. I. inpr. p. 142 et 202., ubi hunc ipſum Pindari locum explicat.)

v. 40. Iunge τᾶς (Aetnae) ἐκ μυχῶν ἐρεύγονται παγαὶ ἁγνόταται (puriſſimi, liquidiſſimi). παγαί propter copiam et perennitatem. ἐκ μυχῶν i. e. ex κοιλωμάτων, ex cavernis vel potius crateribus Aetnae.

v. 43. ἁμέραις. Cum noſtro congruit Strabo in deſcriptione Aetnae l. VI. p. 274 νύκτωρ μὲν οὖν καὶ φέγγη φαίνεται λαμπρὰ ἐκ τῆς κορυφῆς· μεθ' ἡμέραν δὲ καπνῷ καὶ ἀχλύϊ κατέχεται. — „De Aetna interdiu fumum et caliginem, noctu etiam flammas, „per tenebras ſcilicet ſub conſpectum venientes, „eructante, res eſt nota. vid. ad Virgil. III. Aen.

O „571

„571 ſqq. Sed Pauwium h. l. tenet illud, quod „*noctu ſaxa evomere* dicitur Aetna, quaſi id non „aeque fiat interdiu. Itaque ipſe emendat τέφρας „pro πέτρας. Qua in re, quum acute viderit alte„rum, miror eum non aeque vidiſſe, in nova hac „lectione inferri aliquid, ut ſcilicet *cinis* evomatur, „quod interdiu non minus fiat, quam noctu; reli„qua autem inprimisque τὸ, σὺν πατάγῳ parum „convenire cineri. Itaque maneamus in vulgata „eamque ad poeticam normam moremque exiga„mus, quo, cum altero membro ſimpliciter dicen„dum eſſet: ἐν ὄρφναισι φοίνισσα κυλίνδεται φλὸξ, „ne nude id poneret, veſtivit et exornavit ſplen„dide ex adjuncto: φλὸξ κυλινδομένα φέρει etc. Poe„tam autem in his ad dialecticam ſubtilitatem re„vocare velle, calumniari eſt." *Heyne.*

v. 47. Inepte Scholiaſtes jungit Ἀφαίστοιο ἑρπετὸν, nec ſatis mirari poſſum, recentiores omnes eum ſecutos eſſe. Perſpicuum eſt jungenda eſſe Ἀφαίστοιο κρουνὸς, idemque eſſe, quod antea dixit πυρὸς παγὰς.

Ἑρπετὸν h. l. eſt Typhoeus. Dicitur enim haec vox non ſolum de reptilibus et ſerpentibus (quanquam ipſe Typhoeus jam olim Draco fuiſſe viſus eſt v. Strabo l. XVI p. 751) ſed etiam de quavis bellua (ut Hom. Od. δ, 418 ὅσσ᾽ ἐπὶ γαῖαν ἑρπετὰ γίνονται, ad quem locum Didymus: ἑρπετὰ κυρίως μὲν οἱ ὄφεις· καταχρηστικῶς δὲ νῦν πάντα τὰ θηρία; et Heſych. ἑρπετὰ, τὰ ἄποδα, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων ζώων καὶ ἄνθρωποι) vid. Graevius ad Callim. 1, 13 et Bentlei ad Callim. fragm. 228. Valkenaer ad Theocr. Adoniaz. V, 118, ubi oſtendit

dorice

dorice ἑρπετὰ dici quaevis animantia, quae pedibus incedunt.

v. 50. Θαῦμα δὲ καὶ (ἐκ τῶν) παριόντων ἀκοῦσαι. Senſus eſt: non ſolum, qui ipſi adfuerunt hasque regiones luſtrarunt, ſtupent, ſed illi etiam, qui ex peregrinantium narrationibus Aetnae terrores noverunt. Ill. *Heyne* ita in editione explicabat: „ipſi „hoſpites vident et audiunt aeſtum et fragorem „montis." Sed, quae hujus Viri modeſtia eſt, revocavit interpretationem ſuam (in epiſtola ad Cel. *Voſs*, elegantiſſimum Germanorum poetam eundemque litterarum graecarum peritiſſimum, *im deutſchen Muſeum* 1778. Vol. I. p. 551) et vulgarem interpretationem, quam nos quoque ſecuti ſumus, comprobavit.

v. 52—54. ἐν μελαμφύλλοις δέδεται κορυφαῖς καὶ πέδῳ. Tmeſis eſt pro ἐνδέδεται κορυφαῖς καὶ πέδῳ i. e. interligatus inter vertices Aetnae et inter πέδον i. e. ſolum et fundamina Siciliae [rectius: imas Aetnae radices] *Schmid.*

v. 56. Εἴη Ζεῦ, τὶν εἴη ἁνδάνειν. Aptiſſima exclamatio, quam poetae imago terribilis ſpectaculi, quod modo deſcripſerat, et quod menti jam obſabatur, exprimit. Nec tamen ad ſe ſolum reſpicit, ſed magis ad ipſam illam novam coloniam, quae ut placeat Jovi utque ab incendio Aetnae incolumis ſervetur, optat. Poſt ἁνδάνειν igitur nec μὲ cum Schmidio, nec Ἱέρωνα cum Melanchthone ſubaudio, ſed abſolute accipio, ut ſit exclamatio terroris ſimul atque ſollicitudinis: *Parce, precor, parce.*

v. 57. Ὄρος, εὐκάρποιο γαίας μέτωπον. Fertilitas Siciliae ubivis decantata. vid. ad Olymp. I, 19.

 Mons

Mons Aetna dicitur *frons* Siciliae, quatenus longe eminet et procul conſpicitur.

v. 59. Οἰκιςὴς *coloniae deductor.* Non enim Catanam primus condidit Hiero; erat enim ea Naxiorum colonia, deducta jam circa Olymp. 13 vid. Thucyd. VI, 3. Hiero tantum expulſis priſtinis incolis novam illuc coloniam duxerat.

v. 64—69. Ναυσιφορήτοις etc. Senſus eſt: ut gaudent navigantes, ſi ſtatim ab initio curſus ſecundo vento feruntur eoque ad ſpem felicis reditus excitantur, ita quoque Aetna recens condita hac prima certaminum ſolemnium gloria, qua eam ornavit Hiero, ad ſpem plurium victoriarum erigitur.

v. 67. ἐοικότα, Enallage numeri pro ἐοικός, (ἐςὶ) *veriſimile eſt.*

v. 69—73. ὁ δὲ λόγος etc. *Eadem ratio* et ratiocinatio (id enim h. l. λόγος; non ut Schol. ἐγκωμιαςικὸς λόγος) *ob* novam et primam *hanc* Aetnae *gloriam ſpem* et opinionem (id enim h. l. eſt δόξα, non gloria) *affert*, hanc urbem *in poſterum quoque coronis et equis* (i. e. coronatis equis, pro: victoriis curulibus) *fore celebrem.* — εὐφώνοις θαλίαις ſpectat ad convivia victorum, non ſine concentibus celebrata.

v. 74 ſqq. Λύκιε etc. Apollini Aetnam commendat, quippe qui hanc *Pythicam* victoriam ei largitus erat. Ταῦτα i. e. vota, paulo ante propoſita. Haec, ipſamque urbem ut Apollo menti quaſi infigat, precatur.

v. 84. μὴ χαλκοπάραον ἄκονθ᾽ ὡσεί etc. Uſitata noſtro *carminum* cum *telis* comparatio. ἔξω ἀγῶνος i. e. *praeter ſcopum.* Nam ἀγὼν h. l. eſt *locus cer-*

certaminis. *Suidas*: ἀγῶνα Ὅμηρος τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἀγωνίζονταί, φησι (e. g. Odyſſ. θ, 260. Il. ψ, 451). Sic et Pyth. 9, 202. — ἀντίους, intellige alios poetas in aula Hieronis commorantes.

v. 86. ἀμεύσασθαι, vel, ut in alio cod. eſt, ἀμεύσεσθαι, *tranſiturum* i. e. *ſuperaturum* me credo. De voce hac v. Heſych. Ἀμεύσασθαι, ἀμείβεσθαι, διελθεῖν, περαιώσασθαι.

v. 89. εὐθύνοι. εὐθύνειν interdum eſt *regere, dirigere* (ut apud Ariſtoph. εὐθύνειν ἡνίας et ap. Xenoph. εὐθύνειν τὰς ἀγέλας.) Et noſter: εὐθύνειν ἔρον Ol. 13, 38 et Nem. 6, 48 Sic et h. l. *Utinam tempus ei ſemper ita* [ſicuti nunc, ad gloriam et victorias] *divitias opumque munera dirigat et deducat.*

v. 91 — 96. Ἦ κεν ἀμμνάσειεν, per Syncopen pro ἀναμνάσειεν, (ἑαυτὸν ſc. Hiero). *Velim profecto, ut* [morbi doloribus jam oppreſſus] *recordetur fortitudinis et conſtantiae*, quam olim *in bello* praeſtitit; eademque etiam nunc morbi impetum debellabit. Poſſet locus ita quoque explicari: *Si dolorum oblivionem* Hieroni *tempus largiretur, profecto in memoriam revocaret* [ſc. nobis, novis virtutis bellicae exemplis] *priſtina fortitudinis documenta.* Omnino autem reſpicit poeta ad pugnas mox commemorandas, contra Hetruſcos et contra Poenos. — πλέτω ςεφάνωμα, i. e. Hieronis gloria bellica divitiis ejus coronam quaſi imponit, nobilioremque illis ſplendorem conciliat.

v. 96. Νῦν opponitur priſtinis pugnis, modo commemoratis. *Nunc* non ut olim contra hoſtes, ſed velut alter Philoctetes contra morbum conflictatur. Morbus Hieronis etiam ex Pyth. III. ſatis

 patet,

patet, quod carmen circa idem tempus ſcriptum eſſe, quo hoc noſtrum, probavi in verſione mea germanica.

v. 97. Δίκη inpr. apud Homerum ſaepe eſt *mos, ritus*. Et noſter Pyth. 2, 155 λύκοιο δίκαν lupi more. Ergo h. l.: *Philoctetae morem ſecutus* i. e. Phil. ſimilis.

v. 98. σὺν δ᾽ ἀνάγκᾳ. Mirum ſane, nullum interpretum ante Heynium vidiſſe, non ad Hieronem, ſed ad Philocteten haec *proxime* ſpectare. Quorſum enim alias, ut recte quaerit vir illuſtriſſimus, φαντὶ δὲ h. e. φασὶ γάρ? — τὶς ἐὼν μεγαλάνωρ eſt *Ulyſſes*, cujus aſtutiae bene convenit verbum ἔσανεν. Heſych. Σαίνει, κολακεύει, προσηνεύεται, θωπεύει. Senſus igitur eſt: *Philoctetae amicitiam blanditiis expugnare non erubuit olim ſuperbus Ulyſſes*, quippe *fati neceſſitate* (σὺν ἀνάγκᾳ) coactus, quo ſine Herculis telis Trojam capi non poſſe conſtitutum erat. Simul tamen reſpicitur h. l. ad ipſum Hieronem ejusque inimicos. Innuit enim poeta, Hieronem, quamvis morbo oppreſſum, ceteris Siciliae tyrannis atque civitatibus tamen formidabilem manere. Et revera ſicut Philoctetae olim auxilio egebant Graeci, ſic ad Hieronem multae civitates confugiebant e. g. Cumaei, quibus contra Hetruſcos auxilium tulit, Sybaritae, Himerenſes, Agrigentini, vid. Diod. Sic. XI, 48 et 53. Forſan crudelis Agrigenti tyrannus, Thraſydaeus, patris Theronis ſucceſſor, amicitiam Hieronis captaverat. Is enim biennio ante victoriam hoc carmine celebratam imperio potitus erat. (Ol. 77, 1 vid. Diod. XI, 53). Hinc μεγαλάνωρ proxime quidem ad Ulyſſem, ſed ſimul etiam ad quempiam

piam inter Hieronis aequales principem ſpectat, ſive Thraſidaeum, ſive ipſum Theronem, cui Ol. 76, 1 ob Himerenſium rebellionem opus fuerat amicitia Hieronis (Diod. XI, 48.) vel denique Anaxilaum, Rheginorum tyrannum, qui quum Locros Epizephyrios bello petere vellet, Hieronis metu deterritus amicitiam illius petere coactus eſt, ut ex Epicharmo Scholiaſtes refert.

v. 103. Ἥρωας ἀντιθέους. *Ulyſſes* et *Neoptolemus*. Nota eſt Philoctetae hiſtoria. vid. inpr. Sophoclis Philoct.

v. 112. κελαδῆσαι πιθεῦ μοι i. e. *obſequere mihi, ut canas*. Alii: *ut canam*. — ποινὰν τεθρίππων i. e. carmen epinicium, *praemium victoriae*.

v. 116. Ἄγ' ἔπειτ' Αἴτνας βασιλεῖ. Jungunt vulgo ἔπειτα βασιλεῖ et vertunt: *futuro regi*, quod tamen duriſſimum. Equidem jungo ἐξεύρωμεν ἔπειτα, *meditemur in poſterum*. Ita ſaepius ἔπειτα e. g. Hom. Il. α, 547. Pollicetur ipſi quoque Dinomeni (hic enim eſt *Aetnae rex*) victoriam et carmen epinicium, idque non remotum. Heynio (*in deutſchen Muſeum* 1778 Vol. I.) rex Aetnae eſt *Jupiter*, quod cum ſequentibus quidem non pugnat, at praecedentibus non congruit, quum paulo ante Muſam excitaſſet ad Dinomenem celebrandum.

v. 118 — 125 Ad hunc locum declarandum multum confert Diodori de nova hac Hieronis colonia relatio. Scribit enim (XI, 49.) Ἱέρων δὲ τοὺς τε Ναξίους καὶ τοὺς Καταναίους ἐκ τῶν πόλεων ἀναστήσας, ἰδίους οἰκήτορας ἀπέστειλεν, ἐκ μὲν Πελοποννήσου πεντακισχιλίους ἀθροίσας, ἐκ δὲ Συρακουσῶν ἄλλους τοσούτους προσθείς, καὶ τὴν μὲν Κατάνην μετωνόμασεν Αἴτνην, τὴν δὲ χώραν οὐ μόνον τὴν Καταναίαν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν

λὴν τῆς ὁμόρου προσθεὶς κατεκληρούχησε, μυρίους πληρώσας οἰκήτορας. τοῦτο δ' ἔπραξε σπεύδων ἅμα μὲν ἔχειν βοήθειαν ἑτοίμην ἀξιόλογον πρὸς τὰς ἐπιούσας χρείας, ἅμα δὲ καὶ ἐκ τῆς γενομένης μυριάνδρου πόλεως τιμὰς ἔχειν ἡρωϊκάς. τοὺς δὲ Ναξίους καὶ τοὺς Καταναίους ἐκ τῶν πατρίδων ἀνασταθέντας μετῴκισεν εἰς τοὺς Λεοντίνους καὶ μετὰ τῶν ἐγχωρίων προσέταξε κατοίκειν τὴν πόλιν.

Quum igitur dimidia ſaltem pars novae hujus coloniae *ex Peloponneſo* conſcripta eſſet, perſpicuus eſt Pindari locus. Conceſſerat ſine dubio Hiero novis colonis, ut antiquis legibus uterentur (ἐν νόμοις Ὑλλίδος στάθμας i. e. *ad normam* legum Hyllicarum). Leges Hyllicae ſunt in genere Peloponneſiacae, et in ſpecie Spartanae, ſiquidem Hyllus, Herculis filius, primus olim dux fuerat Heraclidarum, qui cum Doribus Peloponneſum quarta demum aetate expugnabant.

v. 121. Παμφύλου καὶ Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι ſunt h. l. recentes Aetnae incolae, ex Peloponneſo deducti. De ipſius Peloponneſi incolis ſi intelligas, rumpitur orationis nexus. Addit quidem ὄχθαις ὑπὸ Ταϋγέτου ναίοντες, quod nonniſi de incolis Peloponneſi dici poſſe videtur. Sed huic difficultati occurritur, ſi aut legas ὄχθας ὑπὸ Ταϋγέτου (nam et genitivo jungitur ὑπὸ, ubi *ſub* ſignificat) λείποντες (*relinquunt* Peloponneſum; videtur enim hujus victoriae tempore nondum completus fuiſſe colonorum numerus) aut ναίοντες explices: *quae hactenus habitarunt* et partim adhuc habitant. Ita omnia bene cohaerent. Dorienſium nepotes, quamdiu in ipſa Peloponneſo a majoribus expugnata habitabant, Dorienſes manere, mirum non erat.

erat. Sed transgreſſos in Siciliam quoque, Dorienſes tamen manere et antiquis legibus uti voluiſſe, id quidem omnino memorabile erat. *Taygetum* et *Amyclas* commemorando videtur poeta regionem, unde Aetnae coloni venerint, accuratius denotare. Δωριῆς pro δωριέες. Notandum, non ſolum eos Aetnae incolas, qui ex Peloponneſo migraverant, Dores fuiſſe, ſed Syracuſanos quoque, ex quibus dimidia colonorum pars conſcripta erat; ſiquidem et Syracuſae olim a Peloponneſiacis, hinc a Doribus erant exſtructae. — ὄχθαις ὑπὸ Ταϋγέτου vertunt: *ſub collibus Taygeti.* Melius [ἐν] ὄχθαις ὑπὸ T. *in oris ſub Taygeto*, qui ad mare pertinebat, Strabo l. VIII. p. 250 Ταΰγετον. ἔστι ὄρος μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης. — ὑποπέπτωκε τῷ Ταϋγέτῳ ἡ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ καὶ Ἀμύκλαι.

v. 124. *Aegimius*, Dorienſium rex et legislator, Herculis aequalis, qui ei contra Lapithas auxilium tulit. v. Apollod. bibl. 2, 7. Hujus poſtea filii Pamphilus et Dymas Heraclidas Peloponneſum expugnaturos comitabantur. v. Apollod. 2, 8. Adſcribam Stephani Byzantini locum, qui ad totum hunc Pindari locum declarandum valet: Δυμᾶνες, φῦλον Δωριέων. ἦσαν δὲ τρεῖς, Ὑλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμᾶνες. — Αἰγίμιος γὰρ ἦν τῶν περὶ τὴν Οἴτην Δωριέων βασιλεύς. ἔσχε δὲ δύο παῖδας, Πάμφυλον καὶ Δυμᾶνα, καὶ τὸν τοῦ Ἡρακλέους Ὕλλον ἐποιήσατο τρίτον, χάριν ἀποδιδοὺς, ἀνθ᾽ ὧν Ἡρακλῆς ἐκπεπτωκότα κατήγαγεν. conf *Heyne* ad Apollod. II, 7 et 8, et Hemſterhuſius ad Ariſtoph. Plut. V, 385.

v. 125. ἔσχον Ἀμύκλας ὄλβιοι; poetico more novis Aetnae incolis adſcribit facinora majorum, qui praeter alias urbes *Amyclas* occupaverant, eo-

que facti erant *vicini Tyndaridarum* i. e. Spartanorum. Sed quum Caſtor et Pollux ſepulti eſſent Therapnis (Pyth. 11, 95) ibique templum haberent, huc quoque reſpexiſſe videtur poeta, ut ſitum Amyclarum inter Spartam, ubi nati eſſent Tyndaridae, et Therapnas, ubi ſepulti, declararet. Poeta alibi (Iſthm. 1, 143) ſcribit: Τυνδαρίδαις, ὑψίπεδον Θεράπνας οἰκέων ἕδος, ubi Schol. ἰστέον, ὅτι τῆς Λακωνικῆς ἐν Θεράπναις τὸ ἱερόν ἐστι τῶν Διοσκούρων.

v. 126. Πινδόθεν ὀρνύμενοι. Poteſt quidem de *Pindo*, oppido olim Dorico, intelligi, ſed malo de *monte*, ad quem olim habitarant Dores. Varias Dorienſium ſedes Hemſterhuſius (ad Ariſtoph. Plut. p. 116) breviter ita deſcribit: „Dorienſes variis acti caſibus alias ex aliis ſedes habuerunt; antiquiſſimas circa Oſſam et Olympum in Doride, quae poſtmodum Eſtiaeotis dicta; inde pulſi Perrhaebiam Pindumque incoluerunt; neque alibi quam his in locis eſt collocanda ἡ τετράπολις ἐν Περῥαιβίᾳ, ex qua tandem devenerunt ἐς τὴν Δρυοπίδα, quae Pindari Scholiaſtae dicitur ἡ μεταξὺ Οἴτης καὶ Παρνασσοῦ Δωρὶς ἑξάπολις οὖσα, in ſex urbibus numeranti Δρυόπην. Migrationes Dorienſium, quas propoſui, fide nituntur Herodoti (I. c. 56). Ex his demum poſtremis ſedibus profecti cum Heraclidis partem Peloponneſi occuparunt: idcirco Thucydidi Δωριεῖς ἡ μητρόπολις τῶν Λακεδαιμονίων. (I, 107).“

v. 130 — 32. Sequor Scholiaſten in interpretandis his verſibus, et jungo ita: Ζεῦ τέλει, ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων τοιαύταν αἶσαν αἰεὶ διακρίνειν [ἐν] ἀστοῖς καὶ βασιλεῦσιν παρ' ὕδωρ Ἀμένα. — (Particula δὲ retrahenda eſt, pro σὺ δὲ, ὦ Ζεῦ, nec male tamen cum Pauwio pro δὲ reſcribas γε, aut cum Cel.

Cel. Voſs κλέα δὲ inter duo commata ponendum, ut ſit: perfice *idque ſemper*). — Subjectum igitur latet in ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων. Precatur poeta, ut Jupiter in poſterum quoque huic Dorienſium coloniae eandem largiatur gloriam, quam, ut paulo ante memoraverat, majores in Peloponneſo obtinuerant. Vertendus igitur erit locus: *Perfice ut eandem ſemper felicitatem* et gloriam *etiam* (in nova ſede) *apud Amenam* (Aetnae fluvium) *verax hominum fama agnoſcat in civibus atque regibus* (non ſolum in Dinomene, ſed in futuris etiam regibus). — *Heyne* ἔτυμον λόγον ἀνθρ. de *juſtitia* intelligit, et vertit: hanc fortunam ſemper praeſta civibus et principibus, ut juſtitiam colant. Sed duriuſcula haec Viri eximii interpretatio mihi videtur nec ſatis cum iis, quae proxime praecedunt, cohaerens. vid. *Voſs* in notis ad verſionem hujus carminis (*im deutſchen Muſeum* 1777. Vol. I. p. 90).

v. 134—36. Locus obſcurior. Satis patet, diſſenſum in nova colonia exortum eſſe, nec mirum, quum cives commixti eſſent ex Peloponneſiis et Syracuſanis. Sed videamus ſingula. Duplex adeſt ſubjectum, ἀνὴρ et γέρων, quod non de eodem dici poſſe credo. Erit igitur ἀνὴρ Dinomenes a patre coloniae praefectus, γέρων Hiero. Precatur poeta, ut uterque cum Jove cives ad concordiam flectat. Difficultatem objicit υἱῷ τ' ἐπιτελλόμενος. Vulgata lectio diſcordiam inter Dinomenem et cives exortam innuit, quae tolli non poſſit, niſi Hiero patria poteſtate (υἱῷ ἐπιτελλόμενος) utatur. Hanc tamen diſcordiam, etiamſi exſtitiſſet, non ſine imprudentia commemoraturum fuiſſe poetam credo; nec placere

placere potuiſſet juveni iſtud ἐπιτελλόμενος υἱῷ, quaſi praeceptis patris adhuc egeat ejusque poteſtate nondum exemtus ſit. Nondum igitur me poenitet conjecturae, quam olim in verſione mea Germanica protuli, praeſertim quum Heynio quoque placuerit (in recenſione verſionis meae, in Ephem. Goetting. 1779. nr. 98): υἱός τ᾽ ἐπιτελλόμενος, ut ἐπιτελλόμενος jam non ſit Medium, ſed Paſſivum: ἐπιτελλόμενος ſcil. ἡγεῖσθαι (quod ex ἁγητὴρ intelligendum) i. e. *cui a patre injunctum eſt imperium.* Notum eſt, plura verba, quae in Activa forma regunt dativum perſonae, in Paſſiva forma conſtrui ſicut verba, quae accuſativum regant. Ita e. g. ἐπιτάσσω et ἐγχειρίζω (e. g. Herodian. ἐγκεχειρισμένος φρουρὰν l. 3. c. 11 ἐγχειρισθῆναι τὴν ἀρχὴν l. 1. c. 12. etc.) Ita ἁγητὴρ ἀνὴρ foret appoſitio ad υἱός, et ſeries orationis ſenſusque ita procederet: σύν τίν τοι (h. l. *igitur*) υἱός τ᾽ ἐπιτελλόμενος, ἁγητὴρ ἀνὴρ, γέρων τε δᾶμον τράποι ἐφ᾽ ἡσυχίαν σύμφωνον. *Igitur* (ut quae modo precatus ſum eveniant) *tecum et filius, cui a patre imperium Aetnae traditum eſt, ipſeque ſenex Hiero ad concordiam redigant diſcordes cives.* — Concinior omnino eſſet periodus, ſi alterum τε vocem γέρων ſequeretur, ſed tales transpoſitiones particulae τε ſaepe apud noſtrum et alios poetas occurrunt. Sic e. g. in hoc ipſo carmine v. 22 ἀμφί τε Λατοίδα σοφίᾳ βαθυκόλπων τε Μοισᾶν.

v. 137—147. Locus ab interpretibus antiquis et recentioribus ante Heynium turbatiſſimus. Male enim confuderunt Hieronis res geſtas, et Gelonis praeclara facinora, quibus poeta comparat Hieronis res geſtas. — Hiero devicerat Etruſcos, qui ag-

aggreſſi erant Cumanos, navali proelio Ol. 76, 3. vid. Diod. XI, 51. Gelo autem devicerat Carthaginienſes ad fluvium Himeram, cum Hierone ceterisque fratribus Ol. 75, 1. (v. Herod. VII, 165 ſq. Diod. XI, 20 ſeqq. et Schol. ad h. l. ex Ephoro) eodem anno et die quo pugna Salaminia facta ſec. Herodot., ſed ſec. Diod. eodem die, quo Leonidas ad Thermopylas occubuit. Illuſtrior et major omnino erat haec de Carthaginienſibus, quam illa de Etruſcis victoria (Catthaginienſium enim ſecundum Diod. CL millia occubuere eo proelio). Sed poſterioris victoriae gloria ad ſolum Hieronem pertinebat, illius ad Gelonem potiſſimum, quanquam in monumentis fratrum quoque nomina incidi curavit. Jure igitur poeta primum commemorat Hieronis de Tyrrhenis victoriam, et adjicit dein victoriae Gelonis commemorationem, ut Hieronem non cedere fratri oſtendat.

Jam ſingula videamus. *Λίσσομαι νεῦσον Κρονίων, ἅμερον* etc. Precatur poeta ut in poſterum Hieronis imperium tutum ſit a *Tyrrhenis* (devictis ab Hierone) et *Carthaginienſibus* (devictis a Gelone). *Precor, ut et Poenorum et Tyrrhenorum* (priſtinus) *tumultus ac ſtrepitus* (i. e. turba, exercitus) *in domo pacifica ſe contineat*, i. e. patria non egrediantur ad turbandam Siciliae quietem.

Poteſt etiam κατὰ cum ἔχῃ jungi, ut ſit ὄφρα κατέχῃ οἶκον. Ceterum Carthaginienſes a noſtro aliisque poetis φοίνικες appellari, non mirandum, quum idem et ab Herodoto fieri ſoleat (e. g. II, 32. IV, 197).

v. 140. *Ναυσίστονον ὕβριν* (*cladem navalem*) *ἰδὼν* referunt vulgo ad ἀλαλατὸς, quod duriſſimum.

Malo

Malo cum Schol. referre ad Κρονίων. *Videbas olim, Jupiter, Tyrrhenorum ad Cumas cladem.*

v. 142. οἷα non, ut vulgo accipitur, pendet ab ἰδὼν, ut ſit pro ἃ; ſed eſt h. l. particula comparandi, ut ſit ſenſus: *qualia* i. e. *cui ante Cumas cladi ſimilem jam prius paſſi ſunt* ſcil. (ex praeced.) φοίνικες, (et forſan etiam quodammodo Τυρσηνοί. Nam Punicum Hamilcaris exercitum comitata eſſe Tyrrhenorum auxilia, probabile eſt ex Schol. ad Pyth. 2, 3.)

Συρακοσίων ἀρχὸς jam non eſt Hiero, ſed Gelo. Non enim terreſtri ſolum proelio Carthaginienſes vicerat Gelo apud Himeram, ſed etiam navali. Herodotus quidem et Diodorus nonniſi prioris meminerunt, quippe quod illuſtrius erat; claſſem autem Carthaginienſium incenſam eſſe narrat Diodorus (XI, 22), quod ipſum ad hunc noſtrum locum accommodari poteſt. Sed jam antea navali proelio contra Carthaginienſes certaſſe Gelonem teſtatur non ſolum Scholiaſtes (in loco a me omiſſo οἱ περὶ τὸν Γέλωνα τὸν τῶν Καρχηδονίων στόλον κατεναυμάχησαν) ſed etiam Pauſanias (l. VI. c. 19. p. 499). Poeta autem hic nonniſi navalis victoriae meminit, ut illam quaſi opponat et conferat navali Hieronis apud Cumas victoriae, quo appareat, Hieronem non cedere fratris gloriae. Poſtea v. 153 etiam terreſtris victoriae meminit. — In Schol. ad h. l. p. 87 l. 9. pro καταχεῦσαι legendum κατακαύσαι ſatis patet.

v. 146. Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας δουλείας. Carthaginienſes enim cum Perſis ſocietatem inierant ad opprimendam totius Graeciae libertatem. vid. Schol. et Diod. XI, 20.

v. 148

v. 148—54. Jam tres graviſſimas pugnas illuſtriſſimasque victorias commemorat, quibus libertas Graeciae contra Perſas et Poenos defenſa et ſervata erat; ſcilicet victoriam Salaminiam, quae, duce Themiſtocle reportata, Athenienſibus maxime debebatur; dein Plataeenſem, quae, duce Pauſania Lacedaemonio reportata, Spartanis maxime debebatur; denique pugnam apud Himeram in Sicilia duce Gelone cum fratribus.

v. 147—49. Junge αἱρέομαι χάριν παρὰ Σαλαμῖνος, μισθὸν Ἀθηναίων. *Ex Salamine mihi* (celebrandam) *ſumo gloriam* illam, quae debita *Athenienſium merces* erat. Vel μισθὸς h. l. eſt *laus merita*, hymnus poetae, ut ſenſus ſit: Salaminii proelii gloriam mihi ſumo ad meritam Athenienſium laudem.

v. 150. τὰν πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν intellige *pugnam Plataeenſem.* Plataeae enim prope montem Cithaeronem ſitae erant. Strabo (l IX. p. 411): Πλαταιαὶ ὑπὸ τῷ Κιθαιρῶνι εἰσὶ μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Θηβῶν. Ad pugnam apud Thermopylas, quod Schmidius et Voſs volunt, referri hoc nullo modo poteſt. Non ſoli quidem Spartani pugnabant apud Plataeas, ſed nec ſoli Athenienſes apud Salamina. Sed quemadmodum hic dux erat Themiſtocles Athenienſis, ita illic Pauſanias, Lacedaemonius, ut igitur poeta ducum gloriam gentibus adſcribat. Μήδειοι ſunt *Perſae*, ut antea Φοίνικες Carthaginienſes. Apud Thucyd. ſaepiſſime Μῆδοι pro Perſis. Sic e. g. in ipſo Pauſaniae epigrammate poſt pugnam Plataeenſem (L. I. c. 135):

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων,
Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ᾽ ἀνέθηκε τόδε.

v. 151.

v. 151. τᾶσι [ſc. μάχαις]. Nam χάρις ſupra pro μάχη.

v. 154. Participium τελέσαις pendet ab ἐρίω. — *Dinomenes* hic eſt pater Gelonis et Hieronis.

v. 157 — 160. Poeta ſentiens, ſe in nimis latum campum laudum Hieronis deferri, revocat ſeſe, ſibique ſufficere ait, quod praecipua quaſi capita ex illius hiſtoria delibaverit. Addit rationem. Κόρος γὰρ ἀπαμβλύνει etc. *Ingrata enim ſatietas* (i. e. laus nimis diffuſa et ſingula quaevis copioſe enarrans) *obtundit celeres* (i. e. ad finem quaſi properantes) *animos* (auditorum et lectorum).

v. 162. 63. Antitheſis mihi h. l. eſſe videtur inter ἀστῶν et ἀλλοτρίοις. Senſus eſt: ἀκοὰ ἀστῶν κρύφιον βαρύνει θυμὸν (aut abſolute, aut more poetarum repetendum ἀστῶν). — ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις vero *ob merita peregrinorum*. Ἀλλότριος enim non ſolum eſt *alienus* ſed interdum etiam *peregrinus*, e. g. ap. Hom. Od. 6, 218. et Heſych. ἀλλότριος interpretatur ξένος. Hiero autem Syracuſis natus non erat, ſed peregrinus, quippe Gelae natus. Jam ſenſus expeditus eſt: *Civium gloria clam premit* et pungit (invidorum) *mentem*, *ſed magis etiam* id fieri ſolet *in meritis* et laudibus *peregrinorum*, ſicut Hieronis.

v. 167. 68. γλῶσσα h. l. non eſſe poteſt *lingua*; ſic ridicula exſiſteret imago, ſed ut acutiſſime vidit doctiſſimus idemque elegantiſſimus *Voſs* (*deutſches Muſeum* l. c. p. 93.) metonymice eſt: *dictum*, inprimis *ſententia judicis*. Hortatur igitur poeta Hieronem ad juſtitiam et veritatem ubivis colendam et ſenſus eſt: *in incude veritatis fabricare judicia tua*. Cic. de Orat. 3, 30 alio ſenſu habet:

lin-

linguam procudere et Brut. 97 *linguam acuere.* Ridicula eſt Schmidii interpretatio, cui poeta hac ſententia Hieronem monere videtur, ut promiſſam auream citharam tandem aliquando largiatur. Sed totum illud commentum hujus promiſſi merito exploditur.

v. 169. 70. εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσσει. Continuatur metaphora, ab incude repetita. αἰθύσσειν enim eſt fulgere et cum fulgore movere. παραιθύσσειν h. l. idem quod noſtrum *vorbeiſprühen.* *Si vel leviſſima ſcintilla temere emicuerit, magnum id habetur, quoniam a te venit.*

v. 172. Si retinemus ἀμφοτέροις malo ex praecedentibus ita explicare: τοῖς φλαύροις καὶ τοῖς μεγάλοις (leviora et graviora facta tua multos habent teſtes).

v. 173. ὀργᾷ. Suidas: ὀργῇ, παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀντὶ τοῦ διανοίᾳ, τρόπῳ, σκοπῷ. Eodem ſenſu etiam hoc loco. Et ſic ſaepius apud noſtrum e. g. Iſth. 5, 44 μεγαλήτορες ὀργαί.

v. 178. 179. μὴ δολωθῇς εὐτραπέλοις κέρδεσσι. Senſus eſt: *Cave decipiaris aulicorum urbana et blanda aſtutia.* Κέρδεα enim h. l. non ſunt lucra, ſed *aſtutia*, dolus, callida conſilia (quibus lucrum captatur); quo ſenſu ea vox ſaepiſſime apud Homerum occurrit e. g. Ὀδυσσεὺς κέρδεα εἰδώς. Il. ψ, 709.

v. 183. λογίοις et ἀοιδοῖς, (*hiſtoricis* et *poetis* futuris *indicat*) eſſe Dativos, non ut Schmidius volebat Ablativos (*per* h. et p.) rectiſſime vidit doctiſſimus *Voſs* l. c. Malo autem λογίος h. l. interpretari de *hiſtoricis* quam de *oratoribus.* Heſych. λόγιος, ὁ τῆς ἱστορίας ἔμπειρος. Joſepho (in Prooem. B. I. c. 5) Ἑλλήνων λόγιοι ſunt Hiſtorici graeci.

Ad Pyth. VI. p. 93—102.

v. 2. Ἀφροδίτας ἄρουρα ἢ Χαρίτων eſt ipſa *poeſis* ut Ol. 9, 39 Χαρίτων κᾶπος. — πέλος eſt terra aratro ſciſſa. Heſych. πόλος ἡ μεταβεβλημένη γῆ, εἰς καταςποράν. — πολεῖν Jul. Polluci (I, 223) eſt ἀρόσαι. Noſtrum autem ἀναπολίζειν eſt ſine dubio idem quod ἀναπολέω. Erit igitur: *iterum aramus*; et poeta reſpicit forſan ad carmen Iſthmicum II, eidem Xenocrati inſcriptum et fortaſſe *ante* hoc noſtrum compoſitum. Metaphora haec haud infrequens eſt apud noſtrum. Nem. 6, 56 poetae vocantur Πιερίδων ἀρόται, et Nem. 10, 49 ipſis Muſis victoriae gloria *aranda* datur: Μοίσαισι ἔδωκ᾽ ἀρόσαι.

v. 3. ὀμφαλὸν ἐρίβρομον χθ. ἐς ναὸν προσοιχόμενοι. *Accedentes ad templum* (Apollinis) *in horriſono* (ob curruum certamina) *terrae umbilico* (Delphis) i. e. *Pythicam victoriam* mihi celebrandam ſumo. Fabula de Delphis, quaſi umbilico terrae, nota eſt. Ad Pyth. 4, 131 παρ μέσον ὀμφαλὸν Scholiaſtes ſcribit: τουτέςι κατὰ τὸ Δέλφικον χρηςήριον, τὸ ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης γῆς et ib. ad v. 6. λόγος τὶς τοιοῦτος περιηχεῖ, ὅτι ὁ Ζεὺς τὸ μεσαίτατον τῆς οἰκουμένης καταμετρήσασθαι βουληθεὶς, ἴσους κατὰ τὸ τάχος ἀετοὺς ἐκ δύσεως καὶ ἀνατολῆς ἀφῆκεν. οἱ δὲ διϊπτάμενοι, συνέπεσον ἀλλήλοις κατα τὴν Πυθῶνα· ὥςε τὴν σύμπτωσιν ὁρίζειν αὐτόθι τῆς ὅλης οἰκουμένης τὸ μεσαίτατον.

v. 14. φάει πρόσωπον ἐν καθαρῷ i. e. φαιδρὸς τὸ πρόσωπον; ſignificatur *laetitia de victoria*.

v. 15—18. Equidem ita jungo: ἀπαγγελεῖς πατρὶ τεῷ γενεᾷ τε κοινὰν (vid Argum.) νίκαν ἅρματι Κρ. ε. πτ., εὔδοξον λόγοισι θνατῶν.

v. 19. ἐπιδέξια χειρὸς. Jam diſplicet mihi, quam ſub textu propoſui, emendandi et interpretandi ratio. Δεξιὰ enim haud facile eo ſenſu occurrit. Igitur malo jam ἐπιδέξια χειρὸς interpretari: victoriam conſecutus es *dextra tua* (ut ſit pro δεξιᾷ χειρὶ) quod tamen durum eſſe, haud negem. Si metrum ferret, legerem ἐπιδέξια, Χείρωνος (Chironis) etc. Nam omnino in χειρὸς vitium latere videtur.

v. 27. γονέων βίον πεπρωμένον i. e. *parentes, quamdiu vivant.*

v. 33. τὰ μὲν παρήκει. Melius eſſet παρῆκεν, ut quoque conj. Daweſius. *Haec quidem praeteriere*, i. e. dixerit forte quispiam, talia pietatis exempla non amplius exſtare.

v. 37. Χαμαιπετὲς. Inepte Stephanus et Benedictus hujus loci hunc ſenſum eſſe putant: Irritus ſermo patris non avertit filium Antilochum a conſilio adoriendi Memnonem. — Nec Schmidius audiendus, qui vertit: Non projecit verbum aberrans a filio. — Junge potius ἔπος αὐτȣ̃, ut ſit: *verba ſua haud irrita projecit.*

v. 44. Τῶν νῦν opponitur τῶν πάλαι γενεᾷ v. 40. Senſus eſt: Ut *olim* Antilochus, ita *nunc* Thraſybulus exemplum pietatis in patrem praebet.

v. 46. Πάτρωϊ ἐπερχόμενος non eſt: *auxilio veniens patruo*; ſed: *patruo* (Theroni) *proxime accedens*, i. e. patrui veſtigiis inſiſtens, virtutis ſuae *decus oſtendit.*

v. 52. Γλυκεῖα δὲ φρὴν καὶ (τὸ) συμπόταισιν ὁμιλεῖν etc. Senſus eſt: Dulcis illius mens ejusque cum amicis converſatio dulcedine mel *ſuperat* ſ. melli *reſpondet.* Τρητὸς πονὸς eſt periphraſis favorum, et cellularum apum.

Ad Pyth. VII. p. 102—105.

v. 5. Τίνα οἶκον Αἰῶνι ὀνυμάξομαι. *Quam familiam tempori* (futuro) i. poſteritati *nominare paſſim illuſtriorem?*

v. 15. ὑμμί. Ut ἅμος ex ἡμέτερος nonnunquam eſt pro ἐμὸς (e. g. Pyth. 4, 48), ita h. l. ὑμός ex ὑμέτερος eſt pro σός vel τεός. *Schmid.*

v. 19. φθόνον ἀμειβόμενον etc. Senſus eſt: doleo, invidiam egregia facta *remunerari*, i. e. invidiam ſaepe ſolum meritorum praemium eſſe. Alcmaeonidarum enim familiam ob ſplendorem et potentiam invidiae maxime fuiſſe obnoxiam, ex hiſtoria illorum temporum ſatis conſtat.

v. 21 ſqq. πὰρ μονίμαν etc. Metaphora ducta ab horto, ubi juxta flores perennes varia herbarum genera et noxia quoque naſcuntur. Sic in humana vita *juxta perennem felicitatis florem variae fortunae vices* (τὰ καὶ τὰ) *egerminant.*

Ad Pyth. IX. p. 106—125.

v. 2. σὺν Χαρίτεσσι non jungendum cum Τελεσικράτη ſed cum ἐθέλω, ut ſenſus non ſit: Canam Teleſicratem *et Gratias*, ſed: *Adjuvantibus Gratiis canam* T. Gratiae enim noſtro ſaepius ſunt *poeſeos praeſides*, e. g. Ol. 1, 48. Ol. 9, 39. Pyth. 6, 2.

v. 5. διωξίππου Κυράνας. Pyth. 4, 2 Κυρήνη eodem ſenſu dicitur εὔιππος, ubi Scholiaſtes ita ſcribit: τὴν Κυρήνην εὔιππον εἶπεν, οὐκ ἐκ τοῦ παρατυχόν-

χόντος, ἀλλ' ὅτι Ποσειδῶν τοὺς Λίβυας διδάξειε τὴν τῶν ἁρμάτων κατάζευξιν. καὶ τὴν ἱππείαν δὲ Ἀθηνᾶν ἐν Λιβύῃ γενέσθαι φασί· τινὲς δὲ, ὡς ὅτι ἱππικὴ ἐν τῇ Λιβύῃ εὑρέθη. Straboni (XVII. p. 837) Cyrenaica eſt ἱπποτρόφος ἀρίστη καὶ καλλίκαρπος. Eſt autem h. l. Κυρήνη urbis nomen, ſed poeta ſtatim v. ſq. ab ea ad ipſam nympham, a qua nomen traxerat, tranſit. Ita et alibi conſundit urbis et nymphae nomina, e. g. Ol. 6, 145 πλάξιππος Θήβα.

v. 10. ἀγροτέραν i. e. θηρευτικὴν καὶ ἀγρευτικὴν, *Venatricem*.

v. 11. πολυμήλου καὶ πολυκαρποτάτας. Fertilitas Libyae ſatis nota. Hinc noſtro (Pyth. 4, 1) Libya dicitur καρποφόρος. Inprimis autem ipſa Cyrenaica regio excellebat fertilitate, unde Straboni καλλίκαρπος dicitur. cf. Herodot. IV, 199. — Diodorus Sic. (III, 50) ſcribit: τῆς χώρας ἡ μὲν ὅμορος τῇ Κυρήνῃ γεώδης ἐστὶ καὶ πολλοὺς φέρουσα καρπούς· οὐ μόνον γὰρ ὑπάρχει σιτοφόρος, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἄμπελον, ἔτι δ' ἐλαίαν ἔχει, καὶ τὴν ἀγρίαν ὕλην καὶ ποταμοὺς εὐχρηστίαν παρεχομένους.

v. 14. Pro τρίταν mallem τρίτας, ut ad ἀπείρου referretur. Non enim ſatis intelligo, quid ſit *tertia radix continentis*, ſed perſpicuum eſt, quid ſit h. l. *tertiae continentis* (Africae) *radix?* Ipſa nimirum *Cyrenaica*, quae quaſi radix Africae e mari ſurgit.

v. 15. θάλλοισαν non jungendum cum ῥίζαν, ſed cum οἰκεῖν, ut ipſa *florens* incoleret.

v. 16. Ἀφροδίτα. Cyrene alibi (Pyth. 5, 31) noſtro dicitur κῆπος Ἀφροδίτης, ad quem locum Scholiaſtes commemorat quoque τῶν Χαρίτων λόφον.

v. 17. θεοδμάτων ὀχέων. Apud Scholiaſten Apollonii Rhodii (ad l. 2, 500) lego: Φερεκύδης δέ φησι, ἐπὶ κύκνων αὐτὴν (τὴν Κυρήνην) ὀχηθεῖσαν κατὰ Ἀπόλλωνος προαίρεσιν εἰς τὴν Κυρήνην ἀφικέσθαι. Sine dubio Veneris cygni intelligendi ſunt. Patet igitur, quid hoc loco ſibi velit Venus, et quid ſint ὄχεα θεόδματα, nimirum ipſius *Veneris currus*, cygnis junctus.

v. 19. Καὶ σφὶν etc. Senſus eſt: dulci ipſorum connubio amabilem adjunxit verecundiam.

v. 21. ξυνὸν. Junge ἁρμόζοισα θεῷ τε μιχθέντι (Apollini) κούρᾳ θ' Ὑ. ε. ξυνὸν γάμον.

v. 33. παλιμβάμους ὁδοὺς. *Retrogradae*, reciproce regredientes, *telarum viae*. Prulcra operis textorii deſcriptio. Subtemen inter ſtamina modo ab hac modo ab illa parte ducitur, ut igitur ſemper illuc remeet, unde venit.

v. 35. οἰκοριᾶν dorice pro οἰκουριᾶν, ut olim h. l. legebatur. Heſychius: Οἰκουρός, ὁ φροντίζων τὰ τοῦ οἴκου καὶ φυλάττων. Οὖρος γὰρ ὁ φύλαξ λέγεται.

v. 42. τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν. Senſus eſt: matutino ſomno parum temporis indulgebat, ſed mane jam ad venationem exibat. Vocatur ſomnus σύγκοιτος γλυκὺς in genere, non ſolius Cyrenes reſpectu. — ῥέποντα πρὸς ἀῶ. Pulcra imago ſomni, qui in palpebris Cyrenes nutat quaſi ad auroram verſus. Impatientia ſomni ſignificatur. Ego vero ita jungo: τὸν δὲ σύγκ. γλ., ὕπνον, ῥέποντα πρὸς ἀῶ, ἀναλίσκοισα ἐπὶ βλεφάροις παῦρον (pro Adverbio): *ſomnum* (non omnino omnem, ſed) *matutinum*, *in palpebris* ipſius (inſidentem) *brevi temporis ſpatio conſumere ſolebat*.

v. 54.

v. 54. οἷον ἀταρβεῖ νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ. Cum Schmidio haec ita accipio: *quantum certamen intrepido vultu ſuſtinet!* Heyne ita: οἷον νεῖκος ἄγει κεφαλῇ eſt pro οἷον νεῖκος (κίνδυνον) ἐπάγει ἑαυτῇ.

v. 62. Κλυτὰν i. e. θείαν.

v. 65. ζαμενὴς h. l. non eſt *gravis*, multo minus *iratus*, ſed potius *vates divino numine afflatus* (noſtrum *begeiſtert*). Eodem ſenſu Pyth. 4, 19 dicitur de Medea *vaticinante.*

v. 69. 70. Junge: κρυπταὶ κλαΐδες ἱερῶν φιλοτάτων ἐντὶ (εἰσὶ) σοφᾶς Πειθοῦς. *Occultas amoris claves ſola poſſidet Suada prudens.* — Dehortatur Chiron Apollinem, ne vim inferat puellae, ſed perſuadendo et blanditiis potius eam ad amorem pelliciat.

v. 73. ἀμφανδὸν pro ἀναφανδὸν opponitur τῷ, κρυπταὶ κλαΐδες, et eſt h. l. *palam* ſimulque *violento modo.* Apud Homerum etiam opponuntur κρύβδαν et ἀναφανδὸν Od. λ, 454. ξ, 330. τ, 299. Senſus eſt: Non homines ſolum ſed dii quoque prima amoris dulcedine frui malunt non ſolum ſine vi ſed etiam *clam* et ſine conſciis, vel: Amantium prima conjunctio non ſolum lucem ſed conſcios quoque veretur. Videtur Centaurus Apollinem reprehendere, quod conſilia ſua tam aperte ſibi declararit.

v. 75. τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν poteſt duplici modo intelligi. Aut: *cui* fallere et mentiri non licet. Aut: *quem* mendacio fallere non licet. — Prius cum Schol. amplectitur Ill. Heyne, qui locum hunc ita interpretatur: *Itaque et te* non vim inferendi conſilium, ſed *blandus et lenior, puto, affectus, ut illa* (v. 61—64) *effareris, impulit*, quem non ſimulare tantum ore potes; *nam te mendaciis*

 ali-

aliquem aggredi (θίγειν τινὸς ψεύδει) *nefas eſt.* — Mihi tamen poſterius cum ceteris, et praecedentibus et ſequentibus, arctius cohaerere videtur, ut non tam *veracitas*, quam potius *omniſcientia* Apollinis laudetur (ut ſtatim v. 79 ſqq.). Vertam igitur: *Te, quem mendacio tangere* (mihi aliisque) *non licet, commovit blandus* [amoris] *affectus* (ita ὀργὴ ſupra Pyth. 1, 173) ut temere et inconſiderate eloquereris iſtum ſermonem de vi inferenda puellae. Hoc ſenſu παρφάναι apud noſtrum occurrit etiam Ol. 7, 120. Excuſat igitur parentheſi iſta Centaurus audaciam ſuam, qua Apollinem objurgare non dubitet. Nolo, inquit, nec mentiri, nec, quid ſentiam, diſſimulare. — Ceterum θίγειν regit quidem plerumque Genitivum, ſed rarius etiam (ut h. l. ſecundum meam interpretationem) Accuſativum; ſic e. g. Moſchus 1, 29 μή τι θίγῃς.

v. 78. Junge: Ἐξερωτᾷς γενεὰν κούρας, ὁπόθεν (ſcil. ἦ).

v. 89. Ταῦτα ſc. τῇ Κυράνᾳ.

v. 92—94. ἀρχίπολιν, conſtitues eam civitatis principem i. e. eam urbem ei dabis, quae ab ipſa vocabitur Cyrene. — Tempus addit, quo hoc futurum ſit. Tum nimirum, quando *populum inſularem* i. e. Theraeos duce Batto oraculo tuo illuc *proficiſci juſſeris.* Ex inſula Thera enim Battus oraculi Delphici juſſu coloniam deduxit in Africam ibique Cyrenen condidit. v. Herod. l. IV, 150 ſqq. cf. Pyth. 5.

v. 95. νῦν oppoſitum eſt praecedentibus. Ea, quae dixi, olim futura ſunt. Sed nunc, priusquam con-

condita ſit Cyrene, ſtatim Lybia tibi excipiet ſponſam tuam.

v. 100. 1. „Diſtinctionem αὐτίκα, σ. ἔννομον, ſu„ſtulimus Pauwii quoque auctoritate. Libye dona„bit Cyrenae portionem terrae: δωρήσεται (ὥστε) „συντελεῖσθαι (*ut ſit illi ea ſecum*, ut communem eam „habeat Cyrene cum Libya dea, τελέθειν pro εἶναι „et δωροῦμαι τελέθειν ſimpl. pro δωροῦμαι) ἔννομον „(pro ἐννόμως, ut quoque Schol. ad ſenſum bene: ὥστε συντελεῖν ἐννόμως αὐτῇ). *Heyne*.

v. 104. τόθι i. e. in Libya.

v. 105. Ὥραισι. Cur *Horis* educandus traditus ſit Ariſtaeus, nemo explicavit. Mihi quidem poeta ad multa Ariſtaei *inventa* reſpicere videtur. Horis autem alio loco Ol. 13, 21 ſqq. tribuit artium inventiones:

— Πολλὰ δ' ἐν
Καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον
Ὧραι πολυάνθεμοι ἀρχαῖα σοφίσμαθ'. Ἅπαν δ' εὑρόντος ἔργον.

v. 110—116. Omnia haec ad divinam Ariſtaei gloriam et praeclara illius merita ac inventa ſpectant.

v. 116. „Τοῖσδε. — ἐπὶ τοῖσδε, *propter haec*, ex„ponunt Viri docti. Pauw praefert τοῖσδ', ut ἀνδράσι „φίλοις reſpiciat. Sed nec hoc ſatisfacit, et impe„dita eſt et ſuſpecta oratio inde a v. 110. Nam „θήσονται (h. ποιήσονται) νιν — καλεῖν continuare de„bebant orationem, ita vero καλεῖσθαι requirebatur. „Suſpicor κλύειν legendum eſſe. Sic omnia bene „procedunt: θήσονταί νιν κλύειν (facient eum ap„pellari, imponent nomen) ἀ. Ζῆνα καὶ α. A. Ἀ„γρέα καὶ Νόμιον, τοῖς δὲ Ἀριστᾶον (ab aliis vero A.)

„Unus

„Unus ex Scholiorum autoribus poteſt videri θή-„σονται a θάομαι, θηλάζω, ductum accepiſſe; nam „θρέψουσι δὲ αὐτὸν interpretatur v. 110, ſed forte „ſententiam omnino expreſſit. Mox alius ἀγχι-„στὸν per εὐκίνητον reddere videtur. Ἀγρεὺς utique „ad *venationem* ſpectat. v. Nonnum late lib. V, „229 ſqq. Nomen Ἀπόλλων Νόμιος primum inven-„tum ab Heſiodo v. Serv. ad Georg. 1, 14 cf. Pro-„bus. Varie autem et a multis tractata fuit fabula „de Ariſtaeo, domeſtica Thebanis, Theſſalis et in-„primis Cyrenenſibus." *Heyne.*

Adſcribam locum Diodori, qui ad locum noſtrum declarandum multum valet. Scribit is (VI, 81):

Ἀρισταῖος ἦν υἱὸς μὲν Ἀπόλλωνος καὶ Κυρήνης, τῆς Ὑψέως θυγατρὸς, τοῦ Πηνειοῦ· Περὶ δὲ τῆς γενέσεως αὐτοῦ μυθολογοῦσι τινὲς οὕτως· Ἀπόλλωνα, περὶ τὸ Πήλιον τρεφομένης κόρης ὄνομα Κυρήνης, διαφερούσης κάλλει, ἐρασθῆναι τῆς παρθένου. — Τὸν δ᾽ οὖν Ἀπόλλωνα ἐκ Κυρήνης γεννήσαντα τὸν Ἀρισταῖον, τοῦτον μὲν νήπιον ὄντα παραδοῦναι ταῖς νυμφαῖς τρέφειν· ταύτας δὲ τῷ παιδὶ τρεῖς ὀνομασίας προσάψαι· καλεῖν γὰρ αὐτὸν Νόμιον, Ἀρισταῖον, Ἀγρέα. τοῦτον δὲ παρὰ τῶν νυμφῶν μαθόντα τήν τε τοῦ γάλακτος πῆξιν καὶ τὴν κατασκευὴν τῶν σμηνῶν, ἔτι δὲ τῶν ἐλαιῶν τὴν κατεργασίαν, διδάξαι πρῶτον τοὺς ἀνθρώπους. διὰ δὲ τὴν εὐχρησίαν τὴν ἐκ τούτων τῶν εὑρημάτων τοὺς εὐεργετηθέντας ἀνθρώπους τιμῆσαι τὸν Ἀρισταῖον ἰσοθέοις τιμαῖς. Apollonius Rh. II, 506: Κυρήνη

— Ἀρισταῖον Φοίβῳ τέκεν, ὃν καλέουσιν
Ἀγρέα καὶ Νόμιον.

Idem addit, didiciſſe eum a Muſis etiam artem medendi et vaticinandi.

Μοῦσαι

Μῶσαι ἀκιςορίην τε θεοπροπίας τ' ἐδίδαξαν.
Conf. Schol. Apollonii Rh. ad h. l., ubi inter alia de Ariſtaeo ſcribit: Ζεὺς Ἀριςαῖος ἐκλήθη καὶ Ἀπόλλων Ἀγρεὺς καὶ Νόμιος.

v. 121. Jungunt vulgo κεῖνο ἆμαρ διαίτασεν κεῖνο. Sed malo utrumque κεῖνο ad ἆμαρ referre, ad majorem celeritatem ſignificandam. *Illa — illa ipſa jam dies rem perfecit.* — Heſychius habet Διαιτᾶν, διανύειν. Schmidius interpr.: arbitri inſtar rem compoſuit.

v. 125. ἀμφέπει ſc. nympha Cyrene, in cujus jam tutela erat urbs Cyrene.

v. 126. Καί νυν ἐν Πυθῶνί νιν (ſc. τὴν πόλιν) Καρνειάδα υἱὸς (i. e. Τελεσικράτης) συνέμιξε τύχᾳ i. e. comparavit ei victoriam (τύχη enim apud noſtrum ſaepius eſt *victoria*, e. g. Iſthm. 8, 149 ἀγὼν σὺν τύχᾳ, ut τυχεῖν *vincere* e. g. Ol. 2, 93.) Μίσγειν autem ſaepius apud noſtrum eſt *acquirere*, et μιχθεὶς τινὶ *qui conſecutus eſt aliquid*. Sic Ol. 1, 34 προσέμιξε δεσπότᾳν κράτει. Ol. 1, 146 μέμικται ἐν αἱμακουρίαις. Iſthm. 3, 6 ἄξιος εὐλογίαις μεμίχθαι. Nem. 1, 27 μιχθέντα φύλλοις.

v. 134. βαιὰ δ' ἐν μακροῖσι ποικίλλειν, ἀκοὰ σοφοῖς. Senſus eſt: Si quis in magna rerum dicendarum copia pauca rerum geſtarum capita bene exornarit, ipſorum quoque ſapientum attentionem excitabit.

v. 135. 36. ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν. *Opportunitas omnium rerum pariter* (i. e. tam in dicendo, quam in agendo, in laudibus rerum geſtarum non minus quam in ipſis rebus geſtis) *apicem tenet*, i. e. quavis in re dicenti non minus quam agenti opportunitas ſpectanda eſt.

Quum-

Quumque poeta modo locutus eſſet de opportunitate dicentis, affert etiam exemplum opportunitatis in agendo, nempe Jolaum, qui opportunitatem Euryſthei interimendi non neglexit. — Videtur autem haec Jolai ejusque patrui, Herculis, laus hic non admodum opportuno loco inſerta eſſe. Equidem credo poetam eo reſpexiſſe, quod ab Hercule quodammodo genus ducebant conditores Cyrenes. Battus enim, urbis hujus conditor, qui ex inſula Thera coloniam illuc deduxerat genus ducebat a Thera Thebano (*Thebanum* enim eum fuiſſe, non Spartanum, quanquam Spartae degentem, diſerte dicit Pauſanias, qui eum ſaepius vocat Θηβαῖον e. g. VII, 2) qui Therae inſulae (antea Calliſtae) nomen dederat eoque coloniam ex Sparta deduxerat. Therae autem pater erat Auteſion, ex Cadmi poſteritate (erat enim Polynicis pronepos, Therſandri nepos, Tiſameni filius) et mater neptis Euphemi Argonautae, qui *Herculis* ſororem Laonomen in matrimonio habuerat (Schol. ad Pyth. 4, 15). Ejusdem Auteſionis filia erat Argia, quae Ariſtodemo, Herculis abnepoti, Spartanorum regi, nupſit. Poſt mortem Ariſtodemi, affinis, Theras tutor fuit filiorum ejus Euryſthenis et Proclis (v. Herodot. IV, 147. Pauſan. IV, 3. p. 285). Haec majorum Teleſicratis et Cyrenes conjunctio non ſolum cum Thebanis, ſed etiam cum Hercule et Heraclidis videtur poetae mentem ad laudem Thebarum et inprimis ad laudem Jolai et Herculis deduxiſſe. Fuerant praeterea inter eos, qui cum Thera in inſulam Calliſten migraverant, plures quoque Thebani (cf. Pyth. 5, 100 ibique Schol.)

Ce-

Ceterum notum, Euryſtheum occiſum eſſe in pugna ab Jolao. Strabo (l. VIII p. 377) Εὐρυσθεὺς στρατεύσας εἰς Μαραθῶνα ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας καὶ Ἰόλαον, βοηθησάντων Ἀθηναίων, ἱστορεῖται πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ· καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα, Γαργηττοῖ ταφῆναι, τὴν δὲ κεφαλὴν χωρὶς ἐν τῇ Κορίνθῳ, ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου. Apud Euripidem in Heraclid. Euryſtheus vivus capitur ab Jolao, qui ad hanc pugnam ex ſene factus erat juvenis. v. 845 ſeqq.

Ἰολάος ... — —
Ἡράσαθ' Ἥβῃ Ζηνί θ', ἡμέραν μίαν
Νέος γενέσθαι, κἀποτίσασθαι δίκην
Ἐχθρούς. — et v. 796.
Νέος μεθέστηκ' ἐκ γέροντος αὖθις αὖ.

Apud Ovid. Metam. IX, 399 Jolaus eſt *reformatus primos in annos.*

v. 142. Κρύψαν ſc. (ex praecedentibus) Θῆβαι. Secundum Pauſaniam mortuus erat Jolaus in Sardinia, quo coloniam duxerat, ſed Thebis habebat ἡρῷον (Pauſan. IX, 23).

v. 144. 45. πατροπάτωρ idem Amphitryon, pater Iphiclis, qui pater erat Jolai. — Vocatur idem Σπαρτῶν (i. e. *Thebanorum*, quorum multi originem ducebant a Spartis i. e. ab iis, qui ex draconis dentibus a Cadmo ſatis orti erant) ξένος; exul enim ob Electryonis caedem *ex Argis* (Σθένελος παντὸς Ἄργους ἐξέβαλεν Ἀμφιτρύωνα Apollod. II,4.) commigravit Thebas, ubi Hercules et Iphicles ei nati ſunt.

v. 148. δαΐφρων vertunt *prudens*; at quidni, quae peperit κρατησίμαχον σθένος υἱῶν, ipſa quoque quodammodo *bellicoſa* vocari poſſit?

v. 151. Κωφὸς. Heſych. Κωφὸς, οὔτε λαλῶν οὔτ' ἀκούων.

v. 153. Διρκαίων ὑδάτων; circumſcriptio *Thebarum*. *Dirce* enim fons Böeotiae prope Thebas.

v. 156—58. Τοῖσι τέλειον ἐπ' εὐχᾷ κωμάσομαι. Malo τέλειον referre ad κωμάσομαι, quam cum Schol. ad ἔσλον, a quo nimis remotum eſt. Senſus eſt: *Herculi et Iphicli, Thebanis heroibus, ego Thebanus, quotiescunque mihi boni aliquid contigerit, praeclarum carmen ex voto pangam.* Ergo non de ſingulari quodam caſu ſermo eſt, ſed loquitur in genere de beneficiis heroum popularium, quibus carmine gratam mentem teſtificari voverit; Cel. *Schneider* mecum communicavit egregiam emendationem τέλειος ἐπ' εὐχᾷ i. e. *ob votum exauditum*, voti compos. Sic noſter in fragmentis (ed. Schneideri p. 12) τελείαις εὐχωλαῖς ἰανθεὶς.

v. 159. Χαρίτων κελαδεννᾶν etc. Haec omnes pro mera Gratiarum invocatione accipiunt. Ita vero verba iſta cum ſqq. prorſus non cohaerent.— Mihi h. l. φέγγος Χαρίτων eſt ipſum carminis argumentum. Splendida Teleſicratis victoria vocatur *ſplendor Gratiarum* (quatenus illae et poeſi praeſunt cf. v. 2) et κελαδένναι Χάριτες non eſſe poſſunt, ut vulgo vertunt, Gratiae *celebres* ſed potius *celebrantes* (ut Pyth. 3, 200 ἐξ ἐπέων κελαδεννῶν). Jam vides, quam apte omnia cohaereant. Revocat ſe poeta a longiori digreſſione ad primarium carminis argumentum, *ad ſplendorem* i. e. *ad ſplendidam* victoriam, quam ſibi jam *celebrandam ſumſere Gratiae*, quibuscum, ut initio carminis dixerat, Teleſicratem collaudare volebat.

v. 161. Νίσῳ ἐν λόφῳ i. e. Megaris, quorum rex olim fuerat Niſus, Pandionis filius, debellatus a Minoe.

v. 162.

v. 162. πόλιν τάνδε ſc. Κυρήνην, et ſubaudiendum Τελεσικράτη, qui *Cyrenen celebrem reddidit, et taciturnam laudum inopiam* (vel etiam: *taciturnum* victi *pudorem*) *victoria ſua effugit.*

v. 173. ἄφωνοι i. e. nihil quidem dicentes ſed tacite optantes. *Schmid.*

v. 178. ἐπιχωρίοις i. e. Libycis, Cyrenaicis.

v. 180. ἀοιδᾶν Δίψαν ἀκειόμενον, bene de poeta, cujus carmina expetuntur, *qui carminum ſiti medetur.* — Χρέος de *debita laude* ut Pyth. 8, 45.

v. 196. Δαναόν. Fecit hoc Danaus, expiatis jam filiabus a caede maritorum priorum. Eandem rem narrat Pauſanias (III, 12): Δαναῷ τȣ̃το ἐπὶ ταῖς θυγατράσιν εὑρέθη· ὡς γυναῖκα ȣ̓δεὶς ἤθελεν ἐξ αὐτῶν διὰ τὸ μίασμα ἀγαγέσθαι, διέπεμπε δὴ ὁ Δαναὸς ἔδνων ἄνευ δώσειν. ἀφικομένοις δὲ ἀνδράσιν ȣ̓ πολλοῖς ἀγῶνα δρόμȣ κατέστησε.

Ad Pyth. XI. p. 126—135.

v. 5. ἀριστογόνος μήτηρ i. e. *mater quae fortiſſimam prolem peperit.* Eodem fere ſenſu Pyth. 9, 148 Alcmene vocabatur δαΐφρων. — Ceterum non quidem in Boeotia nata erat Alcmene, ſicut Semele, Ino et Melia (Callim. in Del. v. 80), ſed poſt mortem tamen a Thebanis divinis honoribus culta. Diodor. IV, 58: Ἀλκμήνη εἰς Θήβας καταντήσασα, καὶ μετὰ ταῦτα ἄφαντος γενομένη, τιμῶν ἰσοθέων ἔτυχε παρὰ τοῖς Θηβαίοις.

v. 7. De hoc Iſmenii Apollinis apud Thebas oraculo deque tripodibus ibi dicatis, ita Pauſanias

(IX, 10): Ἔστι δὲ λόφος ἐν δεξιᾷ τῶν πυλῶν (τῶν Θηβῶν) ἱερὸς Ἀπόλλωνος. Καλεῖται δὲ ὅ τε λόφος καὶ ὁ θεὸς Ἰσμήνιος, παραῤῥέοντος τοῦ ποταμοῦ ταύτῃ τοῦ Ἰσμηνίου. Τὸ δέ γε καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι γινόμενον οἶδα ἐν Θήβαις τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Ἰσμηνίῳ. παῖδα οἴκου τε δοκίμου καὶ αὐτὸν εὖ μὲν εἴδους, εὖ δ' ἔχοντα καὶ ῥώμης, ἱερέα ἐνιαύσιον ποιοῦσιν. ἐπίκλησις δέ ἐστιν οἱ Δαφνοφόρος. στεφάνους γὰρ φύλλων δάφνης φοροῦσιν οἱ παῖδες. Εἰ μὲν οὖν πᾶσιν ὁμοίως καθέστηκεν ἀναθεῖναι δαφνηφορήσαντας χαλκοῦν τῷ θεῷ τρίποδα, οὐκ ἔχω δηλῶσαι. δοκῶ δὲ οὐ πᾶσιν εἶναι νόμον. οὐ γὰρ δὴ πολλοὺς ἑώρων αὐτόθι ἀνακειμένους. οἱ δ' οὖν εὐδαιμονέστεροι τῶν παίδων ἀνατιθέασιν. ἐπιφανὴς δὲ μάλιστα ἐπί τε ἀρχαιότητι καὶ τοῦ ἀναθέντος τῇ δόξῃ τρίπους ἐστὶν Ἀμφιτρύωνος ἀνάθημα ἐπὶ Ἡρακλεῖ δαφνηφορήσαντι. — Ἀπόλλωνι δὲ παῖδας ἐκ Μελίας γενέσθαι λέγουσι Τήνερον καὶ Ἰσμήνιον. Τηνέρῳ μὲν Ἀπόλλων μαντικὴν δίδωσι· τοῦ δὲ Ἰσμηνίου τὸ ὄνομα ἔσχεν ὁ ποταμός. Herodotus etiam meminit tripodum in Iſmenii Apollinis templo (V, 59). Fortaſſe *puer* Thraſydaeus erat ſacerdos Δαφνοφόρος.

v. 9. Λοξίας, ὁ Ἀπόλλων, ὁ λοξὴν ἰὰν ἀποπέμπων. ἢ ὁ λοξὴν πορείαν ποιούμενος. ὁ αὐτὸς γάρ ἐστι τῷ ἡλίῳ. *Suidas.*

v. 12. ὦ παῖδες Ἁρμονίας. i. e. Semele et Ino, Cadmi ex Harmonia filiae.

v. 13. ἐπίνομον idem h. l. quod ἐπιχώριον.

v. 15. Θέμιν. Themis propterea celebranda erat, quoniam ante Apollinem praefuit oraculo Delphico. Hinc et ipſa in *Pythicae* victoriae laude non aliena.

v. 16. ὀρθοδίκαν Γᾶς ὀμφαλὸν i. e. *verax oraculum Delphicum*, quod credebatur umbilicus terrae vid. ad Pyth. 6, 3.

v. 18. *ἄκρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ* i. e. *prima* veſpera. Alii vertunt: *extrema* veſpera i. e. ſub initium noctis. Forſan mos erat Thebis, ut ſub veſperam pompam ducerent victores.

v. 19. 20. *Θήβαις (εἰς) χάριν.* — *Κίῤῥα* notum oppidum Phocidis, haud procul Delphis. Pauſanias (X, 37.) *Κίῤῥα, τὸ ἐπίνειον Δελφῶν, ὁδὸς μὲν ςαδίων ἑξήκοντά ἐςιν ἐκ Δελφῶν.* Non multum diſſentit Strabo (IX. p. 418) *ἀρχαία Κιῤῥα ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρυμένη· ἀφ᾽ ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφὲς ὀγδοήκοντά πε ςαδίων.*

v. 21. 22. Junge: *ἐν τῷ* (ſc. *ἀγῶνι Κίῤῥας*) *ἔμνασεν ἑςίαν πατρῴαν* (lares paternos) *ἐπιβαλὼν* (ſc. *τῇ ἑςίᾳ* i. e. lari domeſtico) *ςεφανον τρίτος* (tertius in ordine victorum familiae ſuae). Thraſydaeus victoria ſua inſtauraverat memoriam gloriae familiae ſuae, quae jam duobus ante cum victoribus illuſtris erat.

v. 24. *ξένε Λάκωνος Ὀρέςα*, Pylades, *hoſpitio* et amicitia junctus erat Oreſti, qui per matrem Clytaemneſtram Spartanus erat, et poſt Menelaum Spartae regnabat (Pauſan. II, 18. III, 1 & 16.)

v. 29. *Δαρδανίδα* jungendum cum *Κασσάνδραν*, poteſt tamen etiam jungi cum *Πριάμε.*

v. 35. *ἐπ᾽ Εὐρίπῳ* int. in portu Aulidis.

v. 36. *βαρυπάλαμος.* Aptum irae epitheton: *gravi manu irruens.*

v. 44. *κακολόγοι δὲ πολῖται* i. e. *libenter cives calumniantur* ſcil. principes. Videtur enim omnino univerſa hac digreſſione in Agamemnonis hiſtoriam *pericula principum* pingere et ſecuram privatorum hominum vitam commendare voluiſſe. Quare inf. v. 78 ait *τῶν ἀνὰ πόλιν τὰ μέσα μακροτέρῳ ὄλβῳ τεθαλότα.*

v. 45. ἴσχει γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον. Senſus eſt: quanto felicior et opulentior aliquis eſt, eo magis invidiae civium eſt expoſitus.

v. 46. ὁ δὲ — βρέμει. Creduntur haec oppoſita eſſe praecedentibus, ſed eſt potius continuatio praecedentis ſententiae. Male enim ὁ δὲ ab omnibus jungitur cum χαμηλὰ πνέων et vertitur: *humilia ſpirans*, quod eſſe dicunt humiliter vivens; et ἄφαντον βρέμει, *in abſondito fremit*, explicant: ſpiritum ducit, *obſcure vivit;* ut ſenſus ſit: pauperiorum vitia non aeque facile ac divitum animadverti. Sed quis non videt dura haec eſſe et contorta? — Equidem metaphoram h. l. a vento ductam eſſe credo, cui ſimilis eſt invidia. Invidiae ventus non palam ſed *clam* (ἄφαντον) et coeco murmure ſtrepit, humi vel in cavernis ſpirans. Nam χαμηλὰ πνέων clandeſtina et occulta invidiae conſilia et colloquia denotat, et omnino ſenſus eſt: invidia fugit lucem et occulte famam aliorum rodit.

v. 48. ἐν Ἀμύκλαις. Amyclis etiam ſecundum Pauſaniam erat monumentum Agamemnonis (II, 16).

v. 53. νέᾳ κεφαλᾷ periphraſis puerilis aetatis.

v. 55. σὺν Ἄρει i. e. *ferro*. Suidas: Ἄρης, κυρίως ὁ σίδηρος. Sic Homerus Od. υ, 50 κτεῖναι μεμαῶτες ἄρηϊ.

v. 57. θῆκε Αἴγισθον ἐν φοναῖς. Schol. φοναὶ οἱ τόποι, εἰς οὓς φονεύονται, καλοῦνται. Ὁμήρος· ἐν ἀργαλέῃσι φονῇσι. Il. κ, 521.

v. 59. ἀμευσίπορος τρίοδος opponitur h. l. ὀρθῇ κελεύθῳ, et eſt *trivium*, cujus viae alternantes facile poſſunt inter ſeſe confundi ita, ut a recta via aberres, vel: ubi meatus et fluxus quaſi viae mutatur

tur per vices. Intelligit autem per τρίοδον ipſam illam digreſſionem, ex qua ſeſe jam revocat. — Editores Oxonienſes ridicule ipſum carmen, quod στροφαῖς, ἀντιστροφαῖς et ἐπῳδοῖς conſtat, ita vocari dicunt.

v. 63—66. Nullum dubium eſt, locum hunc interpolatum eſſe, et vulgatam lectionem ferri non poſſe. Quanta enim poetae impudentia foret, ſi aperte profiteretur, ſe locare Muſam et vocem pro parata pecunia, idque verbo tam duro ὑπάργυρον. Notum eſt, Grammaticos veteres ſaepe poetae noſtro avaritiae maculam inurere. — Sed contextus orationis ſatis docet, vulgatam lectionem (τὸ δὲ τεὸν εἰ μιτθῷ) falſam eſſe. Poeta excuſare vult digreſſiones ſuas. Sed quam ridicula illius foret argumentatio: quum pro mercede canam, aliena etiam immiſcere poſſum carmini. Bella ſane argumentatio! E contrario eam ipſam ob cauſam haud licebat extra oleas vagari, ſed ſolus, qui conduxerat et mercedem ſolverat, victor erat laudandus. Verum ſi nullam mercedem peteret, tum jure licebat, digreſſiones inſerere et praeter victorem alios quoque laudare. Et haec ipſa poetae ſententia eſt. Idem jam vidit Pauwius, qui propterea emendabat τὸ δὴ τεὸν, οὐ μισθῷ. Sed laborat adhuc conſtructio. Hinc equidem paulo ulterius progreſſus emendavi

Μοῖσα, εἰ δὲ τεὰν οὐ μίσθῳ etc.

Metrum, quod omnino haud parum in hoc carmine vacillat, congruit ſaltem cum v. 54. — Jam igitur ſenſus eſt: *Muſa, ſi non pacta es* (συνέθευ dor. pro συνέθου, verbi συντίθεμαι) *vocem tuam pro mercede locare*, *LICET* modo haec modo illa

canere et immiſcere carmini. — Χρὴ enim non ſolum eſt *oportet* ſed etiam *licet*. Sic e. g. Eurip. Alceſt. v. 740 Admetus ad patrem dicit: εἰ δ' ἀπειπεῖν χρή με τὴν σὴν πατρῴαν ἑστίαν, ἀπεῖπον ἄν.

v. 66. Vulgatum Ταράσσειν vertunt aut *commiſcere* aut *movere*. Sed eo ſenſu ταράσσειν haud facile invenietur, et tamen huic loco non conveniret. Quare haud ſpernendam eſſe credo meam emendationem τ' ἀρασσέμεν (τε dorice pro σε). Χρή σε ἀράσσειν *canere* tibi licet). Ad hanc emendationem deduxit me olim diſcipuli mei cariſſimi *Spalaingii* ſagax ingenium. Dici autem ἀράσσειν de *lyra pulſata* (e. g. in Orphei Argon. 380 et 396) non mirum. Sed dicitur etiam de ipſo *cantu* Sic apud Nonnum in Dionyſ. l. 1. p. 34. Typhoeus dicit: ἐγὼ μέλος βρονταῖον ἀράσσω et paulo poſt p. 38. occurrit ἐπινίκιον ὕμνον ἀράσσων.

v. 67. Ἢ πατρὶ Πυθ. Τό γε νῦν, ἢ Θρασυδαίῳ. Equidem jungo: Τό γε νῦν (ſc. χρὴ ἀράσσειν) ἢ πατρὶ Π. ἢ Θρασυδαίῳ.

v. 69. ἐπιφλέγει h. l. intranſitive: *ſplendet*. Tranſitive occurrit Ol. 9, 34 πόλιν ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς.

v. 70—75. Non omittere debuiſſem ſub textu Scholiaſtae notam ad hos verſus. Τὰ μὲν γὰρ, ἅρματι καὶ τεθρίππῳ σὺν τοῖς ἵπποις τὸ παλαιὸν καλλίνικοι γενόμενοι τῶν πολυθρυλλήτων ἀγώνων ἔσχον τὴν ταχεῖαν ἀκτῖνα καὶ λαμπηδόνα ἐν Ὀλυμπίᾳ. ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ, νικήσαντες ἀκτῖνα ἔσχον καὶ τῇ Πυθοῖ δὲ κατελθόντες ἐπὶ τὸ γυμνὸν στάδιον ἀγωνίσασθαι, ἤλεγξαν τῇ τῶν ποδῶν ταχυτῆτι τὸν τῶν Ἑλλήνων ὄχλον, παρὰ πάντας εὐδοκιμήσαντες μόνοι. τὸ δὲ ὅλον, οὕτω φησίν. οἱ μὲν πρόγονοι αὐτοῦ ἔσχον Ὀλυμπικὰς νίκας. αὐτὸς δὲ ὁ Θρασυδαῖος ἐν τῇ Πυθοῖ στάδιον ἐνίκησε. τὸ δὲ τῷ

Θρα-

Θρασυδαίῳ πεπραγμένον συλληπτικῶς ἐπὶ πάντων τέταχεν.

v. 70. τὰ μὲν eſt *olim*, cui opponitur v. 73—75 recens victoria Pythica.

v. 72. θοὰν ἀκτῖνα pro *victoriae gloria*, quae ceu *ſolis radii celeriter* per totam Graeciam diſcurrit. Sic noſter Iſthm. IV, 70 ἐπὶ χθόνα καὶ διὰ πόντον βέβακεν ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν ἄσβεστος.

v. 73. γυμνοὶ. *Nudi* decurrere ſolebant ſtadium v. Thucyd. I, 6. Occurrunt etiam γυμνὰ στάδια Iſthm. I, 31.

v. 76. θεόθεν ἐραίμαν καλῶν etc. poteſt eſſe: *a diis bona mihi exoptaverim, ſed quae ſorti meae reſpondent.* — Sed ad nexum ſententiarum melius quanquam durius: θεόθεν (γενομένων) καλῶν ἐραίμαν *quae a diis mihi contigerint bona, ea equidem amabo*, nec plura concupiſcam; ſemper enim talia tantum *bona exoptare ſoleo, quae in vita humana* (vel: in hac noſtra aetate) *contingere poſſunt* et ſolent. — Igitur poeta ſuo exemplo Thraſydaeum, impatientis forſan ingenii adoleſcentulum, hortatur, ut ſorte ſua, praecipue hac victoriarum ſolemnium gloria ſit contentus, multo minus autem ſeſe in libera civitate, qualis tunc erant Thebae, ſupra ceteros cives imperio aliquando extollere optet.

v. 78. τῶν ἀνὰ πόλιν pro τῶν πολίτων. Senſus eſt: *Civium et privatorum hominum felicitas diutius florere ſolet, quam tyrannorum* vel regum, id quod antea Agamemnonis et Clytaemneſtiae exemplis probaverat.

v. 80. 81. μέμφομ' αἶσαν τυραννίδων opponi mihi videntur iis, quae ſtatim ſequuntur ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαι, quod equidem intelligo de meritis

 et

et virtutibus in *democratica* reipublicae forma. Senſus igitur eſt: *diſplicet mihi tyrannis*, hinc et *popularibus* et *civilibus tantum* (non regiis) virtutibus *intentus ſum* et ſtudeo.

Omnino totus hic locus reſpicere videtur, ad factiones tunc temporis in Thebanorum civitate exortas. Revera enim ſub tempus hujus victoriae Thebas factionum diſſidiis agitatas eſſe, patet ex Diodoro (XI, 4) *διεφέροντο οἱ τὰς Θήβας κατοικοῦντες πρὸς ἀλλήλους περὶ τῆς πρὸς τοὺς Πέρσας συμμαχίας.* Perſarum autem irruptio incidit in Olymp. LXXV, 1; Thraſydaei autem victoria ſec. Schol. in Pyth. 28 i. e. in Olymp. 76. Praeterea noſter carmine Iſthmico primo laudat Herodotum quendam *Thebanum*, cujus pater Aſopodorus ſeditione Thebis pulſus erat, vid. Schol. ad Iſthm. 1, 52 et quae ibi dicit noſter allegorice de *naufragio illius in immenſo mari* ſpectare omnino videntur ad civitatis Thebanae tunc temporis turbas.

v. 83. *φθονεροὶ δ' ἀμύνοντ' ἄτᾳ.* Φθονεροὶ Schmidio ſunt *invidendi*, ſed fallitur. — *Invidi* (i. e. qui civitati noſtrae invident eam, qua nunc fruitur, conditionem, ejusque libertati inſidiantur) *puniuntur noxa.*

v. 84 — 90. Senſus eſt: *Si quis attigerit faſtigium* (felicitatis conditioni ſuae convenientis, ſicut tu, Thraſydaee, ſc. victoriae gloriam, quae noſtro ſaepe eſt omnis humanae felicitatis faſtigium) *et, quanquam tranquille* (i. e. civili in ſtatu, ſine imperio) *degat*, victoriae gloria *effugerit ignominiam* (ſic enim h. l. malo intelligere *ὕβριν* quam cum Schol. et aliis de *injuria* deque injuſtis actionibus *ei atrae mortis ſors minus terribilis eſt, quia liberis*

ſuis

ſuis bonorum omnium praeſtantiſſimum, bonam famam, relinquit.

v. 91. Ἄτε (ſcil. χάρις *gloria*) διαφέρει (poſteritati tradit, famam in diverſas mundi partes fert). Jolaum *Thebanum* prae ceteris commemorat in encomio victoris *Thebani*. Commemorat vero etiam Caſtorem et Pollucem, *adoleſcentes*, in encomio *adoleſcentis*.

v. 95. Θεράπνας. Ibi enim ſepulti erant Dioſcuri. Alibi quoque (Iſthm. I, 21 ſq.) conjungit *Jolaum et Dioſcuros*. Κεινοὶ γὰρ, inquit ibi, Ἡρώων ἐν ἀέθλοισι θίγον πλείστων ἀγώνων. Pergit deinde v. 31: Λάμπει δὲ ἀρετὰ ἐν γυμνοῖσι σταδίοις σφίσιν. At Thraſydaeus noſter etiam vicerat (vid. ſup. v. 73) γυμνὸς ἐπὶ στάδιον καταβάς. Therapnis Caſtorem et Pollucem ſepultos fuiſſe et alternis diebus *una* in Olympo et *una* Therapnis in ſepulcro vixiſſe, diſerte dicit noſter Nem. 10, 103 ſqq.

> Μεταμειβόμενοι δ' ἐναλ-
> λὰξ ἁμέραν τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ
> Διὶ νέμονται, τὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαί-
> ας, ἐν γυάλοισι Θεράπνας.

Ad Nem. I. p. 135—146.

v. 1. Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ. Sic vocatur inſula Ortygia, Syracuſarum pars, quia Alpheus, Elidis fluvius, Arethuſam nympham, cujus amore flagrabat, ad hanc uſque inſulam per mare perſecutus tandem hoc loco *quievit* et *reſpiravit*. Nota eſt fabula de conjunctione Alphei cum fonte Arethuſa. Pauſanias (V, 7): τῷ Ἀλφειῷ ἐν τῇ Ἀρκάδων γῇ

οὐχὶ ἐκ τῆς Ἠλείας εἰσὶν αἱ πηγαί. Λέγεται δὲ καὶ ἄλλα τοιάδε ἐς τὸν Ἀλφειὸν, ὡς ἀνὴρ εἴη θηρευτής· ἐρασθῆναι δὲ αὐτὸν Ἀρεθούσης· κυνηγετεῖν δὲ καὶ ταύτην. Καὶ Ἀρεθοῦσαν μὲν οὐκ ἀρεσκομένην γήμασθαι, περαιωθῆναί φασιν ἐς νῆσον τὴν κατὰ Συρακούσας, καλουμένην δὲ Ὀρτυγίαν, καὶ ἐνταῦθα ἐξ ἀνθρώπου γενέσθαι πηγήν· συμβῆναι δὲ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος καὶ Ἀλφειῷ τὴν ἀλλαγὴν ἐς τὸν ποταμόν. Ταῦτα μὲν λόγου τοῦ ἐς Ἀλφειὸν [καὶ] ἐς τὴν Ὀρτυγίαν. Τὸ δὲ διὰ τῆς θαλάσσης ἰόντα, ἐνταῦθα ἀνακοινοῦσθαι τὸ ὕδωρ πρὸς τὴν πηγὴν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἀπιστήσω, τον θεὸν ἐπιστάμενος τὸν ἐν Δελφοῖς ὁμολογοῦντα σφίσιν· ὃς Ἀρχίαν τὸν Κορίνθιον ἐς τὸν Συρακουσῶν ἀποστέλλων οἰκισμὸν καὶ τάδε εἶπε τὰ ἔπη·

Ὀρτυγίη τὶς κεῖται ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ,
Τρινακρίης καθύπερθεν, ἵν' Ἀλφειοῦ στόμα βλύζει,
Μισγόμενον πηγαῖς Εὐρυπείης Ἀρεθούσης.

Κατὰ τοῦτο οὖν, ὅτι τῇ Ἀρεθούσῃ τοῦ Ἀλφειοῦ τὸ ὕδωρ μίσγεται, καὶ τοῦ ἔρωτος τὴν φήμην τῷ ποταμῷ πείθομαι γενέσθαι. — Strabo (VI. p. 270) fabulam hanc merito ridet: Ἡ δ' Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον πρόσγειος οὖσα, κρήνην δ' ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν, ἐξιεῖσαν ποταμὸν εὐθὺς εἰς τὴν θάλατταν. Μυθεύουσι δὲ τὸν Ἀλφειὸν εἶναι τοῦτον, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου, διὰ δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ γῆς τὸ ῥεῖθρον ἔχοντα μέχρι πρὸς τὴν Ἀρέθουσαν, εἶτ' ἐκδιδόντα πάλιν εἰς τὴν θάλατταν. τεκμηριοῦνται δὲ τοιούτοις τισί. Καὶ γὰρ φιάλην τινὰ ἐκπεσοῦσαν εἰς τὸν ποταμὸν ἐνόμισαν ἐν Ὀλυμπίᾳ, δεῦρο ἀνενεχθῆναι εἰς τὴν κρήνην· καὶ θολοῦσθαι ἀπὸ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ βουθυσιῶν· ὅ, τε Πίνδαρος ἐπακολουθῶν τούτοις εἴρηκε·

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ,
Κλεινᾶν Συρακοσᾶν θάλος Ὀρτυγία.

Συν-

Συναποφαίνεται δὲ τῷ Πινδάρῳ ταῦτα καὶ Τιμαῖος ὁ συγγραφεύς. etc.

Quaeritur, quid ſibi velit haec inſulae Ortygiae invocatio. Ridicula eſt, quae in Scholiis legitur, ratio: ὅτι τὰ ἱπποτρόφια τῷ Ἱέρωνος καὶ τῷ Χρομίῳ ὁμοίως ἐν τῇ Ὀρτυγίᾳ ἦν. Equidem propterea compellari Ortygiam credo, quoniam iis, qui ex Peloponneſo redibant Syracuſas (ut Chromius) appellendum erat primum ad inſulam Ortygiam. Erat praeterea in inſula Ortygia *domus regis Hieronis*, ut diſerte dicit Cicero (in Verr. Act. 2. l. 4. c. 53.) quumque Chromius in aula Hieronis verſaretur, neceſſe omnino erat, ut inſulam Ortygiam Hieronisque aedes primo ſtatim adventu ſalutaret. — Locus igitur noſter continet reducis victoris primam patriae ſalutationem: *Salve patria tellus*, *Ortygia*; *Salvete Hieronis aedes.* Confirmatur haec interpretatio ſequentibus σέθεν ὕμνος ὁρμᾶται. Veroſimile enim eſt ex inſula Ortygia inde victorem hunc pompam duxiſſe Aetnam.

v. 2. Συρακοσσᾶν θάλος. *ramus* i. e. *pars Syracuſarum.* — Comparat Syracuſas cum arbore. Quinque hujus urbis partes, quarum una inſula Ortygia, quaſi rami illius ſunt.

v. 3. Δέμνιον Ἀρτάμιδος. Ita eandem Ortygiam Pyth. 2, 12 dicit Ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος. Praeſtantiſſimum Dianae templum, quod erat Syracuſis, in ea urbis parte, quae dicebatur *Inſula* (Ortygia) ſitum fuiſſe, teſtatur Cicero. (In Verr. Act. 2. l. 4. c. 53.)

v. 4. Δάλου κασίγνητα, Dianae utraque inſula ſacra erat, et Delus quoque olim Ortygiae nomen habebat. — Mythologicam hujus nominis rationem ita

tra-

tradit Hyginus Fab. 53: „Jupiter quum Aſterien Titanis filiam amaret, illa eum contemſit, a quo in avem Ortygiam commutata eſt, quam nos coturnicem dicimus, eamque in mare abjecit, et ex ea inſula eſt enata, quae *Ortygia* eſt appellata. Haec mobilis fuit; quo poſtea Latona ab Aquilone vento delata eſt, juſſu Jovis, ibique oleam tenens Latona peperit Apollinem et Dianam. Quae inſula poſtea Delos eſt appellata." Sed praeter Delum et Syracuſanam inſulam erat etiam tertia Ortygia, lucus prope Epheſum. Hujus Ortygiae meminit Strabo (XIV p. 639) et erat ipſa quoque cultu Dianae et Latonae celebris. v. Strabo l. c.

v. 7. Ζηνὸς χάριν, ἢ εἰς χάριν τοῦ Διὸς ἢ ἕνεκεν τοῦ Διός. *Schol.* Praeferendum eſt prius, quoniam ſec. Schol. in feſto *Jovis Aetnaei* cantabatur hymnus.

v. 8. Ἅρμα δ' ὀτρύνει ſc. με. i. e. curulis Chromii victoria me ad canendum excitat.

v. 11. Ἀρχαὶ δὲ βέβληνται θεῷ. „Arbitror θεῷ „accipiendum pro ὑπὸ θεοῦ σὺν δ. ἀρεταῖς κείνου ἀν„δρος (h. e. θεοῦ καὶ ἀνδρὸς ἐκείνου) ἀρχαὶ βεβληνται „(ſc. ἔργμασιν νικαφόροις. Nam ἐγκωμίων ἀρχὰς hic „non ſatis expedio) *initia et cauſae ac fundamenta* „*illius praeclari facinoris jacta ſunt* (h. e. victoria illa „profecta eſt) *a deo et praeclara viri virtute.* Senten„tiam poeta aliquoties repetit aliis in locis." *Heyne.*

Poteſt ἀρχαὶ ſimul eo referri, quod haec victoria non ſolum prima Chromii fuit, ſed prima quoque Aetnae fuiſſe videtur.

v. 13. εὐτυχία h. l. eſt *victoria*, ut ſaepe apud noſtrum τύχη et etiam εὐτυχέω Ol. 7, 149. *Victoria ſolemnis continet omnis gloriae faſtigium.*

v. 17. νάσοις τὰν Ὀλύμπου δεσπότας Ζεὺς ἔδωκεν

Περ-

Περσεφόνα. Circumſcriptio *Siciliae.* Cicero in Verrem (l. 4. c. 48) ſcribit: Vetus eſt opinio, quae conſtat ex antiquiſſimis Graecorum litteris atque monumentis, inſulam Siciliam totam eſſe Cereri et Liberae conſecratam. Hoc eum ceterae gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, ut animis eorum inſitum eſſe videatur. Nam et natas eſſe his in locis deas, et fruges in ea terra primum repertas arbitrantur, et raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore, quam quum inveſtigare Ceres vellet, dicitur inflammaſſe taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt. Adde ex Schol. δοκεῖ δὲ τὴν Σικελίαν ὁ Ζεὺς εἰς τὸν γάμον Πλούτωνος τοῖς ἀνακαλυπτηρίοις τῇ Φερσεφόνῃ δωρήσασθαι.

v. 18—22. κατένευσέν τε οἱ χαίταις. Sic in celeberrimo Homeri loco in initio Iliadis (α, 528)

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,
Ἀμβρόσιαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος.

„Ordo et ſenſus eſt: κατένευσεν (αὐτὴν τὴν Περσεφό„νην) ὀρθώσειν Σικελίαν πίειραν, ἀριστεύοισαν χθονὸς εὐ„κάρπου κορυφαῖς ἀφνεαῖς πολίων h. e. πόλεσι πλουσί„αις ἀριστεύοισαν. Alii τὸν Δία ὀρθώσειν, quod et „Pauw praefert. Utrumque Scholia agnoſcunt. „Etiam reliqua aliii aliter accipiunt." *Heyne.*

v. 26. φύλλοις ἐλαιᾶν χρυσέοισι μιχθέντα *oleaſtri aurea* (praeclara) *folia* (i. e. Olympicorum certaminum praemium) *aſſecutum.* De hoc verbi μίγνυμι uſu vid. not. ad Pyth. 9, 126. p. 235.

v. 27. 28. πολλῶν ἐπέβαν, καιρὸν οὐ ψεύδει βαλών. „Βάλλειν καιρὸν tanquam σκοπὸν adeoque *figere: tem„pus non feriens mendacio* Ita quoque Pauw, „ſenſu tamen non ſatis expedito, ut toties faciunt

„viri

„viri docti in critica re occupati, ut ſatis conſtet, „facilius iis fuiſſe veteres ſcriptores emendare, „quam interpretari. Forte res ita enodari poteſt: „*multa attigi* (ſc. ea quae in Siciliae laudem dixe„rat) *opportunitatem jaculatus* h. e. opportunitate „uſus, et quidem *in veris laudibus*, ὀ ψεύδει h. e. „multa attigi, ex ipſa re nata eaque vera. An: „π. ἐ. (κατὰ) καιρὸν, ὀ. ψ. β.? Enim vero, pergit „v. 29, manendum mihi eſt in propoſito, quum „celebrandum ſumſi victorem Nemeaeum." *Heyne.* Poſſent quoque καιρὸν et ψεύδει oppoſita accipi, ut ſit: (κατὰ) καιρὸν ὀ ψευδεὶ βαλὼν (τὸν Χρόμιον).

v. 34—36. Λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσλὼς ὕδωρ καπνῷ φέρειν ἀντίον. — „In Scholiis interpretatio „varie tentatur. Si legitur ἐσλὼς, *Chromius ipſe* „*nactus eſt viros probos et honeſtos*, qui teſtimonio „ſuo de ejus virtute calumniatorum maledicentiam „reſtinguunt. ἐσλὸς tamen eſt communis lectio, et „videtur illa altera Ariſtarchi lectio ex deprehenſo „vitio metrico ſubnata, laborat enim pes, itaque „Pauwius bene fulcrum interponit —λος γ'. Sed „idem μεμφομένοις ἐσλὸς jungit, minus bene. Elo„quitur poeta ſententioſe, ἐσλὸς λέλογχε φέρειν μεμ„φομένοις ὕδωρ ἀντίον καπνῷ. *Vir probus id conſe*„*quitur, proprium habet, ut obtrectatoribus aquam* „*ferat adverſam fumo*, h. e. ut eorum calumnias „reſtinguat ſeu beneficiis ſuis (ad v. 32—34) ſeu „virtutibus, tanquam fumum aqua affuſa oppreſ„ſum." *Heyne.* Equidem tamen praefero ἐσλὼς, ut ſit duplex anthitheſis: μεμφομένοις atque καπνῷ; et ἐσλὼς atque ὕδωρ. Laudaverat modo hoſpitalitatem Chromii. Hinc, pergit, multos *nactus eſt* hoſpites et amicos, viros *probos*. Hos ipſos (qui accu-

accuratius eum noverunt) opponit calumniis, ſicut aquam fumo. Λέλογχε δὲ ἐσλῶς ἀντίον φέρειν μεμφομένοις (ὡς) ὕδωρ καπνῷ. Pulcre autem invidia et calumnia comparatur cum *fumo*, non cum igne, ut occulta invidorum conſilia et ſtudia ſignificentur.

V. 36—40. τέχναι δ' ἑτέρων ἑτέραι etc. Senſus eſt: *Alii quidem* (ſc. ex praec. ad invidiam propulſandam) *aliis utuntur artibus. At decet* (ut facit Chromius) *recta via incedere*, et non dolo, ſed *naturae virtutibus* (contra inimicos) *pugnare. Auxiliatur* (πράσσει pro συμπράσσει, συνεργεῖ) *enim operi cuivis* (certaminibus praeſertim) *robur inatum*, (ut in hac Chromii victoria); *conſiliis autem mens. Etenim eventum* coeptorum *proſpicere, ingenitum eſt* non omnibus, ſed *quibus quidem* a diis *obtigerit illud.* Forſan et ita: βουλαῖσι δὲ φρὴν (ὥστε) προϊδεῖν ἐσσόμενον (ὅ ἐστι) συγγενὲς οἷς ἕπεται (i. e. *praeteritis*), ut ſenſus ſit: *mens quae eventum futurum proſpicit ex iis, quae praeceſſere, quae antea facta ſunt.*

V. 43. τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες i. e. καὶ ἔργου καὶ σθένους, καὶ βουλῶν, καὶ φρενῶν, καὶ τῆς τῶν ἐσομένων προγνώσεως. — ἐνεργεῖς καὶ προβουλευτή. *Schol.*

V. 46. εὖ non ſolum cum παθεῖν, ſed etiam cum ἀκοῦσαι jungendum. Ἀλλ' [ἐξ] ἐόντων (ſc. ἀγαθῶν) εὖ παθεῖν (*bene affici* i. e. commode et hilariter vivere).

V. 48. 49. „Conjuncta ſenſu ſunt: Κοιναὶ γὰρ — „Ἐγὼ δέ. *Hominum vero vota et ſtudia in unum* „*conſpirant, ad unum tendunt* ſc. id, quod v. 44 „orſus erat, τὸ πλουτεῖν. *Ego vero Herculi adhaereſco*, Herculem probo, ſector, *in praeclaris virtutibus* ſ. in virtutum et laudis ſtudio. Partim et „Pauw vidit, haec ita ſe habere poſt tam varia „interpretum commenta." *Heyne.* Schmidius cum

cum Scholiaſte credit poetam rationem addere, quare oporteat φίλοις ἐξαρκεῖν: quia nimirum communes hominibus miſeris eveniunt ſpes i. e. quia eadem metuenda ſunt omnibus. Eadem, quae miſeri illi ſ. πολύπονοι jam patiuntur, etiam nobis ſunt ſive exſpectanda ſive metuenda. Sed, quam parum conveniat laeto camini triſtis haec et ſevera admonitio, nemo non ſentit. Hinc praeferenda omnino Heynii interpretatio, niſi forte ita mecum volueris interpretari: Exhortatus erat poeta Chromium, ut divitiis bene uteretur, non ſolum ad ſuam voluptatem (εὖ παθεῖν) ſed etiam ad gloriam, (εὖ ἀκοῦσαι) hinc ad liberalitatem et munificentiam (φίλοις ἐξαρκέων). Jam pergit: *Hominum aerumnoſorum* (i. e. pauperiorum, vulgarium) *ſpes ſunt vulgares* (ſic enim κοινὸς ſaepius e. g. autor Axiochi c. 6. τὰ κοινὰ opponit τοῖς περιττοῖς ut h. l. κοιναὶ ἐλπίδες quodammodo oppoſitum eſt ταῖς κορυφαῖς ἀρετᾶν μεγάλαις v. 51) i. e. contenti ſunt, ii, quae ad ſolum victum neceſſaria ſunt, habeant. At iis, qui, ſicut Chromius, ad gloriam quoque et *virtutum apicem* tendunt, Herculis exemplum proponere ſoleo.

v. 49—53. Junge: ἐν κορυφαῖς ἀρετᾶν μεγάλαις προφρόνως ἀντέχομαι Ἡρακλέος, ἀρχαῖον ὀτρύνων λόγον, ut ſenſus ſit: *ſi magnae virtutes mihi celebrandae ſunt.* ut jam Chromii, *libenter equidem ad Herculis hiſtoriam recurro, et antiquas de eo fabulas commemoro.* Schmidius κορυφαῖς interpr. de *initiis, primordiis,* ut κορυφὴ ἀρετᾶν h. l. ſit *primum virtutis ſpecimen.* Ad ſenſum bene, ſed dubito, an id unquam ſignificet κορυφή.

Ceterum poſt μεγάλαις interpungere oblitus ſum.

Ex

Ex multis, quae in Scholiis afferuntur, cauſis, quae poetam ad longam, quae ſequitur, digreſſionem in Herculis hiſtoriam commovere potuerint, ea quam poſtremo loco affert Scholiaſtes, praeferenda omnino eſt, ut ſenſus totius digreſſionis ſit: Quemadmodum *prima* Herculis victoria plurium victoriarum ſpem fecit, ſic et *prima* haec Chromii victoria plures eum ſperare jubet.

v. 53—56. *Schol.* *διηγήσομαί φησιν, ὥσπερ ἐκ τῆς μητρικῆς νηδύος εἰς τὰς αὐγὰς ἦλθε τὰς ἡλιακὰς ὁ τοῦ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς ἅμα τῷ ἀδελφῷ Ἰφικλεῖ διδύμῳ ὄντι, ἐκφυγὼν τὴν ὠδῖνα.*

v. 57. *οὐ λαθὼν* Ἥραν quippe quae tempus partus Herculis accurate obſervarat, eumque incantationibus primum impedire conata erat. Ovid. Metam. l. 9. v. 284 ſqq.

v. 67. *μάρψαις* pro *μάρψας* (*ἐξ*) *αὐχένων.*

v. 70. *ἀφάτων.* Heſych. Ἀφάτον, *ἀμήχανον, πολὺ, ἄῤῥητον, ἀμέτρητον, δεινόν.*

v. 75. *ὅμως.* Quanquam nuda fere, *tamen* propulſavit beſtiarum injuriam i. e. impetum. Qui legunt *ὁμῶς*, interpretantur: *una cum ceteris.* Mihi quidem prius praeſtare videbatur, quare antiquum *ὅμως*, pro quo Stephanus primus dederat *ὁμῶς*, revocavi.

v 82—84. Τὸ *γὰρ οἰκεῖον* (ſc ex ſqq. *κῆδος*) *πιέζει πάνθ' ὅμως*: *domeſtica calamitas omnibus pariter* (principibus non minus quam privatis) *dolorem affert, in luctu alieno autem ſtatim doloris expers eſt animus.*

v. 86. *ἐκνόμιον.* Heſych. Ἐκνομίως, *καλῶς, μεγάλως.*

v. 90. Γείτονα ſc. *ἑαυτοῦ.* *Thebis* enim degebat Tireſias.

v. 95. Poſt κτανὼν ſubaudi ex praecedd. ὁμιλήσει τύχαις, *quae fata eum maneant*, quot *interfecturis ſit beſtias* (e. g. leonem Nemaeum, hydram Lernaeam etc.)

v. 101. Scholiaſtes Phlegraeos campos in Thracia collocat, et ita plures. Stephanus Byz. Φλέγρα, πόλις Θρᾴκης, ἣν Εὔδοξος μετὰ ταῦτα Παλλήνην φησὶ κληθῆναι. Rectius tamen cum Strabone et aliis plurimis campos Phlegraeos in Italia quaeres et quidem in agro Cumano. Scribit enim Strabo (V, 245): ἅπαν τὸ χωρίον ἐκεῖ μέχρι Βαιῶν καὶ τῆς Κυμαίας θείου πλῆρές ἐστι καὶ πυρὸς καὶ θερμῶν ὑδάτων. τινὲς δὲ καὶ Φλέγραν διὰ τοῦτο τὴν Κυμαίαν νομίζουσι κληθῆναι, καὶ τῶν πεπτωκότων γιγάντων τὰ κεραύνια τραύματα ἀναφέρειν τὰς τοιαύτας προχοὰς τοῦ πυρὸς καὶ τοῦ ὕδατος. Diodorus Sic. (IV, 21) ſcribit: τὸ Κυμαῖον πεδίον ὠνομάσθαι Φλεγραῖον, et Polybius (II, 17): τὰ Φλέγραιά ποτε καλούμενα τὰ περὶ Καπύην καὶ Νώλην πεδία.

v. 101. μάχαν i. e. κατὰ μάχαν.

v. 103. φαιδίμαν κόμαν (ſc. τῶν Γιγάντων) πεφύρσεσθαι γαίᾳ. Verte igitur: *telorum ictibus illius fulgidam* Gigantum *comam pulvere commixtum iri* i. e. eos occiſum iri. Sic Homerus Il. γ, 55 ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης et Il. χ, 405 ὣς τοῦ μὲν κεκόνιτο κάρη. Ita Horatius (Od. I, 15, 20) de Paride: *ſerus adulteros crines pulvere collines*, cui ſimilis eſt locus Virgilii (Aen. XII, 99) *Phrygis foedare in pulvere crines.*

v. 112. σεμνὸν δόμον etiam de ipſius Herculis coeleſti domo intelligi poteſt. Sic Iſthm. 4, 102 Hercules dicitur χρυσέων οἴκων ἄναξ. Voce αἰνήσειν h. l. nonniſi *laetitia* Herculis de nova inter deos ſede ſignificatur.

Ad

Ad Nem. XI. p. 147 — 152.

v. 1. Πρυτανεῖα. Suidas: Πρυτανεῖον, Θεσμοθέτιον, Θόλος, παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις οἰκίσμος δημόσιος, ἔνθα ἐσιτοῦντο δημοσίᾳ τῆς τοιαύτης τιμῆς παρ' αὐτοῖς τυχόντες. — Πρυτάνεις τὸ δέκατον μέρος τῆς Βουλῆς τῶν Πεντακοσίων· πεντήκοντα ἄνδρες ἀπὸ μιᾶς φυλῆς, οἱ διοικοῦντες ἅπαντα τὰ ὑπὸ τῆς Βουλῆς πραττόμενα. ἐπρυτάνευον δὲ ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλαις αἱ δέκα φυλαὶ, κλήρῳ λαχοῦσαι.

Pollux (IX, 40) conjungit πρυτανεῖον καὶ ἑσίαν τῆς πόλεως, παρ' ᾗ ἐσιτοῦντο, οἵτε κατὰ δημοσίαν πρεσβείαν ἥκοντες, καὶ οἱ διὰ πρᾶξίν τινα σιτήσεως ἀξιωθέντας, καὶ εἴ τις ἐκ τιμῆς ἀείσιτος ἦν.

Nulla autem Graecorum urbs fuit, quae ſuum Prytaneúm non haberet et ubique in Prytaneo colebatur Veſta ejusque πῦρ ἄσβεςον. vid. Caſaubonus in Animadvv. ad Athen. l. XV. c. 19. ubi multorum urbium Prytanea recenſet.

v. 2. ὁμοθρόνου] Schol. τῆς συμβασιλευούσης τῷ Διΐ.

v. 3. τεὸν ἐς θάλαμον i. e. in Prytaneum vel curiam.

v. 4. ἑταίρους] Schol. τοὺς συμπρυτανεύοντας. — ἀγλαῷ σκάπτω (Genitivus doricus) πέλας; non de ſceptro Ariſtagorae loquitur, ſed ipſius Veſtae, cujus ſimulacrum in curia affuerit neceſſe eſt. Sceptrum vel haſtam tenens ſaepius in antiquis monumentis occurrit Veſta.

v. 7. πρώταν θεῶν. Non *prima deorum* Veſta dicitur, ſed jungenda haec cum verbo ἀγαζόμενοι: *tibi prius, quam ceteris Diis ſacrificia offerunt.* Idque omnino fieri ſolebat, unde adagium ἀφ' Ἑςίας ἄρχου, quod occurrit ap. Ariſtoph. Veſp. 842 ubi

Scholiaſtes: ἐν ταῖς σπονδαῖς ἀφ' Ἑστίας ἄρχονται. τῇ γὰρ Ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ἔθος ἦν ποιεῖσθαι. etc.

v. 9. ξενίου Διὸς θέμις ἀενάοις ἐν τραπέζαις. Spectare haec videntur ad ſolemnes epulas, legatis peregrinis in Prytaneo praeberi ſolitas. Pollux (VIII, 138): Πρέσβεις εἰς τὸ Πρυτανεῖον ἐπὶ ξένια ἐκαλοῦντο. cf. et Ariſtoph. Acharn. 125. Simul tamen ad ἀεισίτους forſan reſpicitur, i. e. ad eos, qui honoris cauſa perpetuo publice erant alendi.

v. 10. τέλος δυωδεκάμηνον *magiſtratus annuus.* — πέρασαι (ſc. αὐτοῖς Imperat.) Veſtam invocat: *da illis tranſigere.*

v. 20. περιστέλλων. Suidas: περιστεῖλαι, περικαλύψαι. Omnino ſaepe de *veſtitu* hoc verbum uſurpatur.

v. 21. ἐπιεσσόμενος. Heſychius ἐπιέσσασθαι γῆν, ταφῆναι.

v. 22. αἰνεῖσθαι χρεὼν ſc. τὸν Ἀρισταγόραν.

v. 24. ἐκ δὲ περικτιόνων ἑκκαίδεκα. Jungendum ἑκκαίδεκα cum νῖκαι, ut ſit: *ſedecim victorias* in patria et vicinis regionibus reportavit Ariſtagoras.

v. 29. ἔσχον i. e. *retinuerunt*, *impediverunt.* Segnior parentum ſpes, qui timebant filio, impedivit illius robur, quominus et in Pythicis et Olympicis eandem quam in patriae certaminibus gloriam conſequeretur.

v. 30. Ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον, *per ipſam jurisjurandi religionem.* Schol ἰδίως οἱ παλαιοὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ ὅρκου ὤμνυον. [Ἄλλως] εὐλαβείᾳ τοῦ ὀμνύειν οἱ ἀρχαῖοι παρελίμπανον τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν.

Παρὰ Κασταλίᾳ i e. in ludis Pythicis.

v. 35. Πενταετηρίδ' ἑορτὰν Ἡρακλέος τέθμιον i. e. Olympicos ludos ab Hercule inſtitutos.

v. 37.

v. 37. *πορφυρέοις.* h. l. *ἀγλαοῖς* *ſplendidis.* vid. interpretes ad Horat. Od. IV, 1, 10 ubi *olores purpurei.* Pedo Albinovanus habet *nivem purpuream.* El. 2, 61.

v. 40. *Τὸν δ' αὖ, καταμεμφθέντ' ἄγαν ἰσχυν* (ſc. *ἑαυτοῦ*). Alium, qui viribus ſuis nimium diffidebat, gloria, qua dignus erat et ad quam conſequendam natura vires ei dederat (*οἰκείων καλῶν*), privavit animus audacia carens, qui eum quaſi manu retro trahit.

v. 44. *Ἀμύκλαθεν* *ex agro Lacedaemonio.* *Oreſtem* primum quidem Aeolicae coloniae in Aſiam autorem fuiſſe, ſed eandem non perfeciſſe, teſtatur Strabo (XIII p. 582): *ἡ τῶν Αἰολέων ἀποικία ἐσκεδάσθη ἀπὸ τῆς Κυζικηνῆς μέχρι τοῦ Καΐκου καὶ τοῦ Ἕρμου ποταμοῦ. Τέτρασι γὰρ γενεαῖς πρεσβυτέραν φασὶ τὴν Αἰολικὴν ἀποικίαν τῆς Ἰωνικῆς· διατριβὰς δὲ λαβεῖν καὶ χρόνους μακροτέρους. Ὀρέστην μὲν γὰρ ἄρξαι τοῦ στόλου. τοῦδ' ἐν Ἀρκαδίᾳ τελευτήσαντος τὸν βίον, διαδέξασθαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πένθιλον, ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον, ὑπ' αὐτὴν τῶν Ἡρακλειδῶν εἰς Πελοπόννησον κάθοδον· εἶτ' Ἀρχέλαον υἱὸν ἐκείνου περαιῶσαι τὸν Αἰολικὸν στόλον εἰς τὴν νῦν Κυζικηνήν. Γρᾶον δὲ τὸν υἱὸν τούτου προελθεῖν* [sic: *περαιῶσαι*] *τὸ πλεον τῆς στρατιᾶς εἰς Λέσβον* etc.

v. 45. *δεῦρ' ἀνάγων* *huc*, in Tenedum. Inſula Tenedus enim annumerabatur Aeolidi. Strabo (XII p. 554): *τῶν Αἰολέων Σάμον καὶ Λέσβον καὶ Τένεδον.* Item Herodot. I, 151.

v. 46. *Παρ' Ἰσμηνοῦ ῥόαν* i. e. *Thebis* ad flumen Iſmenum.

v. 48. Junge *ἀρχαῖαι ἀρεταὶ ἀμφέροντ'* (pro *ἀναφέρουσι*) *σθένος, ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν.* *Anti-*

quae virtutes recuperant robur ſuum, et quaſi recreantur, *etiamſi per aliquot hominum generationes viciſſitudinem expertae.*

v. 50. *ἐν σχερῷ ordine, continua et perpetua ſerie*, idem quod Homericum ἐπὶ σχερῷ, quod interpr. Heſychius ἐφεξῆς, κατὰ τὸ ἑξῆς.

v. 52. ἄνθος πλούτῳ ἴσον i. e. florem *pari copia.*

Ad Iſthm. III. p. 153 — 155.

v. 3. 4. κατέχει αἰανῆ κόρον i. e. *cohibet, refrenat tetram inſolentiam et arrogantiam.* — Αἰανὸν (idem quod αἰανὲς) Heſych. interpr. χαλεπὸν, αἰνόν.

v. 8. ὀπιζομένων (ſc. σε) i. e. piorum, te *reverentium.*

v. 11. εὐκλέων (ab εὐκλὴς pro εὐκλεὴς) ἔργων ἄποινα. Schmidius ſubaudit εἰσὶ ut integra ſit ſententia. Sed rectius ita, ut ἄποινα ſit per appoſitionem adjectum: χρὴ ὑμνᾶσαι τὸν ἐσλὸν, (ὅ ἐστιν i. ἵνα εἴη) ἄποινα εὐκλέων ἔργων.

v. 13. χρὴ δὲ κωμάζοντα (ſc. τὸν Μελίσσον) Χαρίτεσσι (i. e. carminibus, hymnis) βαστάσαι (i. e. extollere, celebrare. Hoc ſenſu βαστάζειν occurrit etiam Olym. 12, 27).

v. 15. διδύμων. Meminit ſtatim et Iſthmicae et Nemeae victoriae.

v. 16. μοῖρα (ὥστε) τρέψαι.

v. 18. Τὰ δὲ oppoſitum praecedentibus ἐν βάσσαισιν, ubi ſubaudiendum τὰ μὲν.

v. 22. Ἀνδρῶν ἀρετὰν σύμφυτον *inſita majorum virtus.*

v. 26. 27. Λαβδακίδαισι σύννομοι. *Labdacidis materno genere juncti.* Labdacus rex Thebarum, pater Laji, avus Oedipodis.

v. 27. 28. πλοῦτε διέσιχον [ἐν] τετραοριᾶν πόνοις i. e. *divitiis uſi ſunt in certaminibus curulibus,* ad quadrigas alendas. Eſt enim πλούτῳ διαστείχειν eadem forma, quae eſt in διὰ φόνου ἰέναι, διὰ πυρὸς etc. i. e. *caede, igne uti* in aliqua re perficienda.

v. 29—31. Αἰὼν etc. Spectant haec partim ad remotiora Laji, Oedipodis ejusque filiorum fata, partim ad recentiorem calamitatem, quae uno proelio quatuor Meliſſi cognatos abſtulerat.

Ad Iſthm. VII. p. 156—164.

v. 3. πάρεδρον. In pluribus antiquis gemmis Ceres aſſidet Bacho (v. Buonarotti Oſſervazioni ſopra alcuni Medaglioni antichi p. 441. et Mariette Traité des Pierres gravées T. 2. P. 1.) Forſan tale Bachi ſimulacrum ante oculos erat poetae.

v. 6. χρύσῳ νίφοντα. „Videntur hac rei imagi-„ne veteres ſimpliciter praeſentiam et favorem in-„ſignem deorum declaraſſe, ut in inſula Rhodo „factum. v. Olymp. VII, 62 ſq. et 89 ſqq.“ *Heyne.*

v. 9. Ἀμφιτρύωνος jungendum cum θυγατέροις ſimulque cum ἄλοχον, more poetico.

v. 11. Tireſias Thebis degebat, unde ſupra (Nem. 1, 90) Amphitryonis vicinus dicitur.

v. 13. Σπαρτῶν ſc. ἕνεκα, aut καλῷ ἐπιχωρίῳ.

v. 15. Ἄδραστον ἄμπεμψας. *Adraſtum remiſiſti* etc. Adraſtus enim rex Argivus, ex bello Thebano primo, quod Polynicis in gratiam ſuſceperat, ex ſeptem ducibus conjunctis ſolus rediit ſuperſtes, ſed magnam cladem perpeſſus.

v. 17. Ἄργος ἵππιον. idem quod Homeri et aliorum: Ἄργος ἱππόβοτον. Horat. Od. I, 7. *Argos equis aptum.* Tota enim Argolis equos praeſtantiſſimos nutriebat.

v. 20. ἕλον Ἀμύκλας Amyclae h. l. rurſus pro *agro Lacedaemonio* (ut ſupra Nem. XI, 44) quem cum Heraclidis et Doribus occuparant Aegidae Thebani.

v. 24. ἀμνάμονες δὲ βροτοὶ (παντὸς) ὅ, τι etc.

v. 25. 26. „Ut vulgo haec accipi video. ὅ, τι „μὴ ἐξικήται σοφίας ἄωτον ἄκρον *ejus rei, quae non „ad ſapientiae ſummum florem pervenerit,* ζυγὲν „κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν *inclitis carminum fluctibus „copulata,* ut ζυγὲν participium ſit: dura eſt oratio „et ſententia vix expedita. Scribendum vero ζύ„γεν pro ζυγεῖν, et ſenſus eſt: (παντὸς πράγματος) „ὅ, τι μὴ σοφίας ἄωτον ἄκρον (pro σοφία ſimpl. *ex„quiſitior aliqua poetae ars*) ἐξίκηται ζύγεν κλυταῖς „ἐπέων ῥοαῖσιν, *aſſecuta fuerit, ut cum carmine* jun„geret h. e. *oblitterantur priſca decora* (παλαιὰ εὕ„δει χάρις) niſi carmine celebrata fuerint.“ *Heyne.* σοφία noſtro ſaepe eſt poeſis, et σοφοὶ poetae, quatenus antiquiſſimis temporibus omnis ſapientia humana penes poetas erat.

v. 33. φλέγεται. Illuſtratur i. e. celebratur a Muſis. Splendoris et fulgoris notiones ſaepius noſter ad gloriam transfert. Sic Pyth. 11, 69 ἐπιφλέγει.

v. 34.

v. 34. Pro θάλος Cel. *Schneider* conj. φάος, quam emendationem mecum communicavit, aptiſſimam ſane, ſi δέδορκε legas, ut tam huic quam praecedenti ἐπιφλέγεται reſpondeat.

v. 36. „Dubitatur ἀγαθοῖς ſitne ex οἱ ἀγαθοὶ „an ex τὰ ἀγαθά. Praeſtat hoc alterum; ſic enim „accommodatius eſt ad ἀντίκειται, judice etiam „Pauwio: *fortibus factis propoſita eſt gloria.*" *Heyne.*

v. 37—43. Jungenda ἴστω γὰρ σαφὲς (pro σαφῶς) ἀστῶν γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων (pro quo Pauw malebat αὔξειν propter concurſum participiorum) *ſciat ſe accumulare civium ſtirpi* (non ſolum familiae ſuae) *ſummam gloriam ſive ſuperſtes ſit, ſive mortuus.*

v. 38. νέφελα et χάλαζα αἵματος pulcre dicitur de *pugna*, ſicut Iſthm. 5, 63 πολυφθόρος ὄμβρος et χαλαζάεις φόνος de bello dicitur.

v. 39. 40. πρὸς πάτρας ἀμύνεται *a patria propulſat.*

v. 43. ἀπὸ Heyne jungere mavult cum ἀστῶν, ut ſit κλέος ἀπὸ ἀστῶν, *gloria*, *quae a civibus venit.* Mihi tamen praeſtare videbatur ἀπὸ cum θανὼν jungere, ut jungeretur ἀστῶν γενεᾷ, quibus majorem gloriam ſignificari credebam quam ſimplici γενεᾷ.

v. 44. Διοδότοιο παῖς haud alius eſſe poteſt quam idem ille Strepſiades, victoris *avunculus.*

v. 45. Αἰνέων poetice pro αἰνέων eſt h. l. *aemulans*, imitans. Meleager atque Hector *pro patria* pugnantes occubuerant olim, ſicut Strepſiades.

v. 51. ἔτλαν. Malo de *ipſo Pindaro* quam de Choro intelligere. Erat enim Strepſiades popularis poetae, et, ut ex ipſo carmine ſatis apparet, amicus.

v. 52. Γαιάοχος. Neptuno conſecrati erant ludi Iſthmici. Nam εὐδία h. l. eſt laetitia de Strepſiadis junioris victoria Iſthmica.

v. 54. χαίταν. aut ἐμὰν aut quod praeſtat Στρεψιάδα.

v. 56. θρασσέτω. Suidas: Θράττειν, ταράσσειν, ἐνοχλεῖν, νύσσειν, κινεῖν.

v. 57. „τερπνὸν ἐφάμερον *jucunda quae ſe de die* „*in diem offerunt*, pro vitae conditione. *Heyne.*

v. 60. Δαίμων δ' ἄσος. Ill. *Heyne* haec ita explicat: „Ex morte Strepſiadae iſtius magnum lu„ctum ſuſceperat poeta, ab eo vero tempore lae„tiora ſucceſſerant: etiam inter illa hoc, quod ju„nioris Strepſiadae victoriam Iſthmicam celebrare „contigerat v. 51—54. *Servent mihi*, volebat per„gere, *propitii dii hanc felicitatem incolumem, ut* „*in quotidiano hoc jucundarum rerum fructu tran*„*quille aetatem agam usque ad ſenectutem et mortem* „*maturam.* Nam ultra mortalem ſortem nihil vo„tis appeto. Novi hoc: *in ſumma hac fortunae* „*inaequalitate tamen omnes pariter morimur.* Vi„vus in coelum nemo transfertur: τὰ μακρὰ δ' „etc. *quisquis* (hoc enim ὅτις poetae ſaepe eſt) *ea* „*quae nimis longinqua ſunt affectat, ille imbecillior* „*eſt*, (experitur ſe eſſe imbecilliorem) *quam ut* „*poſſit ad deorum ſedem pervenire.* Sententiam „hanc et alibi ornavit Ol. V, 53 ſqq. Pyth. 10, 42 ſqq. „Nem.

„Nem. 9, 109—113. Iſthm. V, 17, 18. Eandem „Horatius imitatione expreſſit: *Immortalia ne ſpe-* „*res* etc. *Coelum ipſum petimus ſtultitia* et al." — Digniſſimus ſane Pindaro ſenſus; credebam tamen verſuum 59 et 60 hunc quoque ſenſum eſſe poſſe: *Morimur pariter omnes, etſi fortuna* (mortis) *inaequalis eſt.* Alius bello *juvenis*, alius *ſenectute* abſumitur. Hunc ſenſum confirmare videntur praecedentia. Strepſiades v. 47. εὐανθὲ' ἀπέπνευσε ἁλικίαν προμάχων ἀν' ὅμιλον. De ſe ipſo autem modo dixerat: ἔκαλος ἐπεῖμι γῆρας ἔς τε τὸν μόρσιμον αἰῶνα. Addit igitur: *Mors omnes pariter ſed non ſimilis manet.*

ERRATA TYPOGRAPHICA.

P. 36. v. 14. pro *χαρίτων* lege Χαρίτων.
P. 37. v. 37. pro ἐγὼ, lege ἐγὼ!
P. 63. v. 1. pro *Λίσσομαι* lege *Λίσσομαι.*
P. 111. v. 69. pro Κλαῖδες lege Κλαΐδες.
P. 128. v. 20. pro Κίῤῥας. lege Κίῤῥας·
ib. v. 21. poſt ἑστίαν deleatur comma.
P. 129. in Schol. l. 4. pro σκευορεμένε lege σκευωρεμένε.
ib. in Schol. l. 7. ἔπεμφε lege ἔπεμπε.
P. 135. in Argum. l. 5. pro *Nemaeos* lege *Nemeaeos.*
ib. in Argum. l. 7. pro *jaciens* lege *jacens.*
P. 136. in Schol. l. 2. deleatur comma poſt ἱερὰν.
P. 137. in Schol. l. 3. pro Φερσεφόνιη lege Φερσεφόνῃ.
ib. — — l. 8. pro Ὀλυυπίας lege Ὀλυμπίας.
P. 140. v. 48. deleatur punctum poſt ἔχοντ'
P. 151. in Schol. l. 4. pro εἷς lege εἶς.
P. 193. l. 4. pro *victores* lege *victor.*
P. 198. l. 3. pro *delecta* lege *deleta.*
P. 200. l. 10. pro γένεσθαι lege γίνεσθε.
P. 203. l. 8. poſt Pyth. ζ. adde: v. 2:

PA Pindarus
4274 Carmina selecta
A3
1786

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY